بل تاذن لي اولًا ان ارتبّ اهل بيتي فقال له يسوع ما من

sed permitte mihi primũ ut disponã familiaribus domus meę. Et dixit illi Iesus Nemo

احد يضع يده علي المحرات وينظر الى ورايه يكون
eſt qui ponit manum ſuum ad aratrum & reſpicit retro poſt ſe qui ſit
مستحقاً لملكـــــــــــــــــــــــــــوت الله ✡
dignus regno Dei.

الفصل الثامن والثلثون

Sectio trigeſima octaua.

ومن بعد هذا ايضا اظهر الربّ اثني وسبعـــين اخر
Et poſt hoc etiam deſignauit Dominus duos & ſeptuaginta alios:
وارسلهم اثنين اثنين قدّام وجهه الي كلّ مدينة وموضع
& miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum
ازمع ان ياتيه ✡ وقال لهم الحصاد كثير والفعلة قليل
quò erat uenturus. Et dixit illis: Meſſis multa eſt: & operarii pauci:
اطلبوا الي ربّ الحصاد ان يخرج فعلة لحصـادهُ ✡
rogate dominum meſſis ut ducat operarios in meſſem ſuam.
اذهبوا هاندا ارسلكم كالخراف بين الذياب ✡ لا تحملوا
Ite, ecce mitto uos ſicut agnos inter lupos. Ne portetis
هميانات ولا حذآء ولا مزودًا ولا تقبّلوا احدًا في الطريق ✡
ſacculos, neque calceamenta, neque peram, neque ſalutaueritis aliquem in uia.
واي بيت دخلتموه فقولوا اولاً السلم لاهل هذا البيت
Et in quamcunque domũ intraueritis dicite primùm: Pax familiaribus huius domus.
فان كان هناك ابن سلامكم فان سلامكم يحلّ عليه
Et ſi fuerit ibi filius pacis ueſtrę, pax ueſtra habitabit ſuper illum:
وان لم يكن فسلامكم راجع اليكم ✡ وكونوا في ذلك
& ſi non fuerit, pax ueſtra reuertetur ad uos. Et eſtote in illa
البيت كلوا واشربوا من عندهم فان الفاعل مستحق
domo, comedite & bibite ex illis quę apud illos ſunt quia operarius dignus eſt
اجرته ولا تنتقلوا من بيت الي بيت ✡ واي مدينة
mercede ſua. Neque tranſeatis de domo in domum. Et quamcumque ciuitatem
دخلتموها وقبلكم اهلها فكلوا مما يقدّم لكم واشفوا المرضي
ītraueritis, & receperīt uos habitatotes eius cõedite ex eis quę appõũt uobis: & curate
الذين

الذين فيها وقولوا لهم قد قربت منكم ملكوت الله ✡
infirmos qui ſunt in ea, & dicite illis: Appropinquauit ad uos regnum Dei.
واي مدينة دخلتموها ولا يقبلونكم اهلها اخرجوا من
Et quamcumque ciuitatẽ intraueritis, & non receperint uos habitatores illius, exite à
شوارعها وقولوا نحن ننفض لكم الغبار الذي لصق
plateis eius, & dicite, Nos excutimus uobis puluerem qui adheſit
بارجلنا من مدينتكم لكن هذا اعلموه ان ملكوت الله قد
pedibus noſtris de ciuitate ueſtra: Sed hoc ſcitote quia regnum Dei
قربت اقول لكم ان سدوم في ذلك اليوم لها راحة اكثر
appropinquauit. Dico uobis quia Sodomis, in die illa, ei erit remiſſio maior
من تلك المدينة ✡ الويل لك ياكورزين والويل لك
quàm illi ciuitati. Vę tibi Corozain, uę tibi
يابيت صيدا لانه لو كان في صور وصيدا القوات التي كنّ
Beth-ſaida, quia ſi factę fuiſſent in Tyro & Sydone uirtutes quę factę ſunt
فيكما لجلسوا وتابوا بالمسوح والرّماد واما صور وصيدا
in uobis, ſediſſent & pœnitentiã egiſſent ĩ cilicijs & cinere. Verũ tamen Tyro & Sydõi
فلهما راحة في الدينونه اكثر منكما وانت يا كفرناحوم
erit remiſſio in iuditio maior quàm uobis. Et tu Capharnaum
لو انك ارتفعت الي السمآء سوف تهبط الي الجحيم ✡ من
ſi exaltata es uſque ad cælum, profecto cades in infernum. Qui
سمع منكم فقد سمع مني ومن شتمكم فقد شتمني ومن
audit uos audit me: & qui ſpernit uos ſpernit me, & qui
شتمني فقد شتم الذي ارسلني ✡ فرجع اثني سبعون
ſpernit me, ſpernit illum qui miſit me. Et reuerſi ſunt ſeptuaginta duo
بفرح قايلين يارب والشياطين تخضع لنا باسمك
cum gaudio dicentes: Domine & dęmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo.
فقال لهم قد رايت الشيطان سقط من السمآء مثل
Et dixit illis: Vidi dęmonium quod cecidit de cælo ſicut
البرق ✡
fulgur.

الفصل التاسع والثلثون

Sectio trigesima nona.

وهاهوذا قد اعطيتكم سلطانا لتدوسوا الحيّات والعقارب

Et ecce dedi uobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones,

وكلّ قوة العدو ولا يضركم شئ ولكن لا تفرحوا بهذا ان

& omnē uirtutē inimici, & nō nocebit uobis quicquā. Verūtāen ne gaudeatis ī hoc qa

الارواح تخضع لكم افرحوا الان اسماكم مكتوبة في

spiritus subijciuntur uobis, gaudete quia nomina uestra scripta sunt in

السموات ✡ وفي تلك السّاعة تهلل يسوع بالرّوح وقال

cœlis. Et in illa hora exultauit Iesus spiritu, & dixit,

اعترف لك يا ابه يا ربّ السموات والارض لانك اخفيت

Cofiteor tibi pater Domine cœlorum & terrę quòd abscondisti

هذا عن الحكمآء والفهمآء واظهرته للاطفال نعم يا ابه

hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater,

هذه المسّرة امامك ✡ والتفت الي تلاميذه وقال كلّ

hoc placitum ante te. Et conuersus est ad discipulos suos, & dixit, Omnia

شئ دفع اليّ من ابي فليس احد يعرف من هو الابن

tradita sunt mihi à Patre meo, & nemo scit quis sit filius

الّا الأب ولا من هو الأب الّا الابن ولمن يريد الابن

nisi pater: neque quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius

يظهر له ✡ والتفت الى تلاميذه خاصة وقال طوبى

reuelare. Et conuersus est ad discipulos suos proprios, & dixit. Beati

للعيون التي ترى ما رايتم اقول لكم ان انبياء كثيرين

oculi qui uident ea quæ uidetis uos. Dico uobis quòd prophetę multi

وملوكا اشتهوا ان ينظروا ما نظرتم فلم ينظروا ويسمعوا ما

& reges desiderauerunt uidere quæ uidetis & non uiderunt: & audire quæ

سمعتم فلم يسمعوا ✡

auditis, & non audierunt.

الفصل الاربعون

Sectio quadragesima.

واذا

واذا ناموسي قام ليجربّه وقال يا معلم ماذا اصنع لارث

Et ecce q̃dã legis peritus, ſurrexit, ut tẽtaret eũ, & dixit, Magiſter q̃d faciã ut hęres fiã

الحياة الابدية فقال له ما هو مكتوب في الناموس

uitę ęternę? Dixit autem illi, Quid eſt ſcriptum in lege?

وكيف تقرأ فاجاب وقال تحبّ الربّ الهك من كلّ

& quomodo legis? Et reſpondit & dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto

قلبك ومن كلّ نفسك ومن كلّ قوتك ومن كلّ

corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua, & ex tota

نيتك ولقريبك مثل نفسك فقال له بالصواب

mente tua. & proximum tuum ſicut te ipſum. Et dixit illi, Rectę

اجبت افعل هذا فتحيا ✡ فاراد ان يزكي نفسه فقال

reſpondiſti: fac hoc & uiues. Et uoluit iuſtificare ſeiſpum, & dixit

ليسوع ومن هو قريبي ✡ قال يسوع رجل كان نازلاً من

ad Ieſum, Et quis eſt proximus meus? Dixit Ieſus, Homo quidam erat deſcendẽs, ab

يروشليم الي ريحا فوقع بين اللصوص فسلبوه وجرحوه

Ieruſalẽ ī Iericho, & ĩcidit inter latrones, & deſpoliauerũt eum, & plagis affecerũt eũ

ومضوا وتركوه مشرفًا على الموت واتفق انّ كاهنًا نازل في

& abierunt, & dereliquerunt illum propè mortem, & accidit ut ſacerdos deſcenderet

تلك الطريق فابصره وجاز وكذلك لاوي جاء الى

illa uia, & uidit illum, & prętериuit. Et ſimiliter Leuita uenit in

المكان فابصره وجاز وانّ سامريًا جاز به فلمّا رآه تحنن

locũ, & uidit illũ, & ptrãſijt. Et Sãaritãus q̃dã trãſiẽs ſecus illũ, & cũ uidiſſet illũ mĩa

ودنا منه وضمد جراحه وصبّ عليها زيتًا وخمرا وحمله علي

motus eſt & appropriauit illi, & alligauit uulnera eius & fudit ſup ea oleũ, & uinũ, &

دابته وجاء به الي الفندق وعني بامره وفي الغد اخرج

ĩpoſuit eũ ſup iumẽtũ ſuũ, & duxit illũ, ĩ diuerſoriũ, & ſũpſit curã illius. & die ſeq̃nti

دينارين اعطاها لصاحب الفندق وقال له اهتم به

protulit duos denarios & dedit eos domino diuerſorij, & ait illi: Curam illius habe

بهذين فان انفقت عليه اكثر منهما دفعت لك عند

his duobus & ſi expenderis prò eo, plus iſtis duobus dabo tibi cum

عودتي فمن من الثلثة تظن انه قد صار قريبًا للذي وقع
rediero. Quem autem extribus putas factum fuisse proximum illi qui cecidit
بين اللصوص فقال له الذي صنع معه رحمة فقال له يسوع
inter latrones? Et dixit illi, Qui fecit in illum misericordiam. Et dixit illi Iesus
اذهب انت وافعل هكذا ۞
Vade tu, & fac similiter.

الفصل الحادي والاربعون

Sectio quadragesima prima.

وفيما هم يسيرون دخل الى قرية قبلته امرأة في بيتها
Et dum ambularent intrauit ī quoddam castellum, excepit illum mulier in domū suā,
اسمها مرتا وكانت لها اخت تدعي مريم جلست عند
nomen eius erat Martha & erat ei soror, quæ uocabatur Maria, sedebat secus
قدمي يسوع تسمع كلامه ومرتا كانت مجتهدة تخدم
pedes Iesu, audiebat uerbum eius. Martha autem diligenter ministrabat
كثيرًا فقامت وقالت يارب اما يعنيك امري ان اختي
plurimum. Et stetit, & dixit: Domine non grauat te res mea, quòd soror mea
تركتني اخدم وحدي فقال لها تعني اجاب الرب وقال لها
reliquit me ministrare solā? Dic igitur illi, ut adiuuet me. Respōdit Dñs, & dixit illi,
مرتا مرتا انك مجتهدة مهتمة في امور كثيرة والذي
Martha Martha, tu sollicita turbata es erga res plurimas. Quod autem
يحتاج اليه يسير فامّا مريم فاختارت لها نصيبًا صالحًا
necessarium est, facile est. Maria autem elegit sibi partem op-
جدًا لا ينزع منها ۞
timam, quę non auferetur àb ea.

الفصل الثاني والاربعون

Sectio quadragesima secunda.

وكان فيما هو يصلي في موضع قفر فلمّا فرغ قال له واحد
Et factum est dum ipse oraret in loco deserto, cum autem cessasset dixit illi unus
من تلاميذه يارب علّمنا نصلي كما علم يوحنّا تلاميذه
ex discipulis suis, Domine doce nos orare, sicut docuit Iohannes discipulos suos.
فقال

فقال لهم اذا صليتم فقولوا ابانا الذي في السموات
Et dixit illis: Cùm oraueritis dicite: Pater noſter, qui es in cælis,
يتقدس اسمك تأتي ملكوتك تكون مشيتك كما
ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, ſicut
في السماء كذلك على الارض خبزنا كفافنا اعطنا في
in cælo, ita & in terra. Panem noſtrum ſufficientiæ noſtræ da nobis
اليوم واغفر لنا خطايانا لأننا نغفر لمن لنا عليه ولا
hodie. Et dimitte nobis peccata noſtra, quoniã nos dimittĩus eis qui debẽt nobis. Et nè
تدخلنا التجارب لكن نجنا من الشرير ✡ ثم قال لهم
inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo. Deinde dixit illis,
من منكم له صديق يمضي اليه نصف الليل ويقول له
Quis ueſtrum habet amicum, ibit ad illum media nocte, & dicet ei:
ياصديقي اقرضني ثلث خبزات فان صديقا لي جاءني من
Amice mi, cõmoda mihi tres panes: Quoniam amicus meus uenit ad me de
طريق وليس لي ما اقدم له فيجيبه ذلك من داخل
uia, & non habeo quod apponam illi, & reſpondeat illi deintus,
ويقول لا تتعبني فقد اغلقت بابي واطفالي معي على مرقدي
& dicat: Ne ſis moleſtus mihi, clauſi nãque oſtiũ meũ, & pueri mei sũt mecũ ĩ cubili
ولا اقدر اقوم فاعطيك وان يدوم قارعا اقول لكم ان لم يقم
meo: & nõ poſſũ ſurgere & dare tibi, & ſi perſeuerauerit pulsãs, Dico uobis, ſi nõ ſurre
يعطه من اجل الصداقه فهو يقوم ويعطيه من اجل
xerit dare ei ob amicitiam. ipſe ſurget, & dabit ei propter
اللجاجة ما يحتاج اليه ✡ انا ايضا اقول لكم سلوا تعطوا اطلبوا
ĩportunitatem ea, qbus opus habet. Ego etiã dico uobis, Petite, dõabimini: quęrite,
تجدوا اقرعوا يفتح لكم كل من سال اعطي ومن طلب وجد
inuenietis, pulſate, aperietur uobis. Omnis qui petit, dõabitur: & qui quęrit ĩuenit,
ومن يقرع يفتح له فاي اب منكم يساله ابنه خبزا فيدفع
& qui pulſat aperiet ei. Quis autẽ pater eſt ex uobis, quẽ petat filius eius panẽ, & det
اليه حجرا او يساله حوتا فيدفع اليه حية بدل الحوت
illi lapidem? aut petat eum piſcem & det illi ſerpentem pro piſce?

او يسأله بيضة فيعطيه عقربا فاذا كنتم انتم ايها الاشرار
aut petat eum ouum & det illi ſcorpionem? Si ergo uos ò mali
تحسنون ان تمنحوا ابناكم العطايا الصالحة فكم بالحري
benefacitis dare filiis ueſtris data bona: quanto conuenientiùs
ابوكم السماوي يعطي روح القدس للذين يسالونه ۞
pater ueſter cæleſtis dabit ſpiritum ſanctum iis qui petunt eum?

الفصل الثالث والاربعون

Sectio quadrageſima tertia.

وكان يخرج شيطانا وهو اخرس فلما اخرج الشيطان
Et eiiciebat dæmonium: & illud erat mutum, & cùm eieciſſet dæmonium
تكلم الاخرس فتعجب الجمع ۞ وقال قوم منهم ببعل
locutus eſt mutus, & admirate ſunt turbæ. Et dixerunt quidam ex eis. In Beel-
زبول اركون الشياطين يخرج الشياطين ۞ واخرون
zebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij
يجربون ويطلبون أية من السماء ۞ فعلم فكرهم فقال
tentabant eũ, & quærebãt ſignum de cœlo. *Cognouit autẽ cogitationes eorũ, & dixit*
لهم كل مملكة تنقسم تخرب او بيت على بيت فهو يسقط
illis. Omne regnum quod diuiditur deſolabitur: & *domus ſupra domum cadet.*
فان كان الشيطان ينقسم على نفسه فكيف تقوم مملكته
Et ſi fuerit Satanas diuiſus in ſe ipſum: quomodo ſtabit regnum eius?
لانكم قلتم انني اخرج الشياطين ببعل زبول فان
quia dicitis me eiicere dæmonia in Beelzebub. Si autem
كنت انا اخرج الشياطين ببعل زبول فابناؤكم
ego eiicio dæmonia in Beelzebub: filij ueſtri
بماذا يخرجون من اجل هذا هم يحكمون عليكم فان
in quo eiiciunt? Propter hoc ipſi iudicabunt uos. Porrò
كنت انا اخرج الشياطين باصبع الله فقد قربت
ſi egò eiicio dæmonia in digito Dei: profecto appropinquauit
منكم ملكوت الله متى تسلح القوي وحفظ منزله فان
uobis regnum Dei. Quando armatus fuerit fortis, & cuſtodierit atrium ſuum,

امتعته

امتعته تكون في السّلامة واذا جآء من هو اقوي منه

bona ſua erunt in pace. Et quando uenerit qui eſt fortior eo,

فانهُ يغلبه و ياخذ سلاحه الذى هو متوكل عليه

uincet eum & accipiet arma eius in quibus confidebat,

ويقسم غنيمته ومن لم يكن معي فهو عليّ ومن لا يجمع معي

& diuidet ſpolia eius. Et qui nõ eſt mecũ, ipſe eſt contra me: & qui non colligit mecũ

فهو يفرّق اذا خرج الرّوح النجس من الانسان فيجتاز

ipſe diſpergit. Cùm exierit ſpiritus immundus ab homine & pertranſit

بامكنة ليس فيها ماء يطلب راحة فاذا لم يجد حينيذ

per loca in quibus non eſt aqua, quęrit requiem, & cùm non inuenerit, tunc

يقول ارجع الى بيتي الذي خرجت منه فياتي فيجده

dicet: Reuertar in domum meam à qua exiui, & uenit, & inuenit eam

مكنوسًا مزينًا معدًّا حينيذ يمضي ياخذ معه سبعة

mundatam & ornatam paratam. Tunc uadit & aſſumit ſecum ſeptem

ارواح اخر شرًّا منه ويدخل ويقيم في ذلك البيت

ſpiritus alios nequiores ſe, & ingreditur, & ſtat in illa domo.

وتكون أخرة ذلك الانسان شرًّا من اولته ✡

Et erunt nouiſſima illius hominis peiora prioribus eius.

الفصل الرّابع والاربعون

Sectio quadrageſima quarta.

وبينما هو يتكلم بهذا رفعت امرأة من الجمع صوتها

Et dum ipſe diceret hęc extollit mulier quædam de turba uocem ſuam

وقالت له طوبي للبطن الذى حملك والثديين الذين

& dixit ei, Beatus uenter qui portauit te & ubera quę

ارضعاك فامّا هو فقال لها مهلًا طوبي لمن يسمع كلام

lactauerunt te. At ille dixit ei, Quinimo beatus qui audit ſermonem

الله ويحفظهُ ✡ وفيما كان الجمع متكثرا بدا يقول ان

Dei & cuſtodit illum. Et dum turbę eſſent multiplicate, cæpit dicere:

هذا الجيل جيل شرير يطلب علامة وليس يعطي

Hæc generatio, generatio eſt nequam, quærit ſignum, & non dabitur

علامة الاعلامة يونان النبي وكما كان يونان علامة

signum niſi ſignum Ionæ prophetæ, & ſicut fuit Ionas ſignum

لاهل نينوي كذلك يكون ابن الانسان لهذا الجيل

Niniuitis: ita erit filius hominis huic generationi

علامةً وملكة التيمن تقوم في الحكم مع رجال هذا

ſignum. Et Regina Auſtri ſurget in iuditio cum uiris huius

الجيل وتدينهم لانها اتت من اقاصي الارض ليسمع من

generationis & condemnabit eos: quia ipſa uenit à finibus terrę ut audiret de

حكمة سليمن وهاهنا افضل من سليمن رجال نينوي

ſapientia Salomonis: & hic eſt excellentior Salomone. Viri Niniuitæ

يقومون في الدين مع هذا الجيل ويحاكمونهم لانهم

ſurgent in iuditio cum hac generatione & iudicabunt eos: quia illi

تابوا باندار يونان وهاهنا افضل من يونان ✡ وليس احد

pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionę. Et hic eſt excellentior Iona. Et nemo

يوقد سراجًا ويضعه في خفية ولا تحت مكيال بل

accendit lucernam, & ponit eam in abſcondito, neque ſub modio: ſed

علي المنارة لينظر الداخلون نوره ✡ سراج الجسد

ſuper candelabrum, ut uideant introeuntes lumen eius. Lucerna corporis

العين فاذا كانت عينك بسيطة فجسدك كلّه نيروان

eſt oculus, ſi autem fuerit oculus tuus ſimplex, & corpus tuum totũ erit lucidũ: & ſi

كانت عينك شريرة فجسدك كلّه يكون مظلمًا

fuerit oculus tuus nequam, & corpus tuum totum erit tenebroſum.

احرص الّا يكون النور الذي فيك ظلمة فان كان جميع

Animaduerte ne ſit lumen quod in te eſt tenebræ. Et ſi fuerit totum

جسدك نيرًا وليس فيه جزء مظلمًا فانه يكون كلّه

corpus tuum lucidum, & non fuerit in eo pars tenebroſa, profecto erit totum

نيرًا كما ان السراج يضي لك مثل البرق ✡

lucidum, ſicut lucerna illuminabit te ad modum fulgoris.

الفصل الخامس والاربعون

Sectio quadrageſima quinta.

وفيما

وفيما هو يتكلم سأله فريسي ان ياكل عنده خبزا فدخل
Et dũ ipſe loqueret rogauit illũ q.dã Phariſæus ut cõederet apud ſe panẽ, & ingreſſus eſt
وتّكا فامّا الفريسي فرآي وتعجب لانه لم يغتسل قبل
& recubuit. Phariſęus autem uidit & miratus eſt, quia non lotus eſt ante
الأكل فقال له الربّ انتم الان يامعشر الفريسيين تطهّرون
commeſtionem. Et dixit illi Dominus. Vos nunc ò Phariſæi mundatis
خارج الكاس والاناء فامّا باطنكم فانه مملوا اغتصابا
quod deforis eſt calicis & catini interius autem ueſtrum plenum eſt rapina
وشرًّا ياجهال اليس الذي صنع الظاهر هو صنع الباطن
& iniquitate. Stulti nonne qui fecit quod exterius eſt ipſe fecit quod deintus eſt?
قبل كلّ شيء اعطوا صدقات وكلّ شيء اذن يتطهّر لكم ✡
Ante omnia date eleemoſynas, & ecce omnia munda ſunt uobis.
لكن الويل لكم ايها الفريسيون لانكم تعشرون النعناع
Sed uæ uobis Phariſæi, quia decimatis mentam
والسّذاب وكلّ البقول وترفضون حكم الله ومحبته
& rutam & omnia olera, & præteritis iuditium Dei, & charitatem ipſius.
وقد كان ينبغي ان تفعلوا هذا والأخر لا تتركوهم عنكم ✡
Oportebat enim ut faceretis hoc, & alterum non reijceretis à uobis.
الويل لكم ايها الفريسيون لانكم تحبون اوايل المجالس
Væ uobis Phariſęi quia diligitis primas ſedes
في المجامع والسلم في الاسواق ✡ الويل لكم ياكتبة
in ſynagogis, & ſalutationes in foris. Væ uobis ſcribę
ويافريسيين يامرايين لانكم مثل القبور المخفية والناس
& Phariſæi hypocritę quia uos eſtis ueluti monumenta abſcondita. & homines
يمشون عليها ولا يعلمون ✡
ambulant ſuper ea & neſciunt.

الفصل السّادس والاربعون

Sectio quadrageſima ſexta.

فاجاب واحد من الناموسيين وقال له يامعلم اذا قلت
Reſpondit autem unus ex legis peritis & dixit ei: Magiſter cùm dixiſſes

هذا تشتمنا نحن فقال وانتم ايها الكتبة الويل لكم لانكم
hoc contumelia affecisti nos. Dixit autem: & uos ò Scribę uę uobis quia uos
تحملون الناس اوساقًا ثقالا وانتم لاتدنون منها
oneratis homines oneribus grauibus, & uos non tangitis ea
باحدي اصابعكم ✡ الويل لكم لانكم تبنون قبور الانبيآء
uno digito uestro. Vę uobis quia ędificatis monumenta prophetarum
الذين قتلهم اباوكم اتري تشهدون وتسّرون باعمال
quos occiderunt patres uestri, Videte testificamini & gloriamini in operibus
اباكم لانهم قتلوهم وانتم تبنون قبورهم ✡ لهذا قالت
patrũ uestrorũ: qm̃ ipsi occiderũt eos, & uos ędificatis sepulchra eorũ. Propterea dixit
حكمة الله هوذا ارسل اليهم انبيآء ورسلًا فيقتلون
sapientia Dei, Ecce mittam ad illos prophetas & apostolos & occident
منهم ويطردونهم لينتقم عن دم جميع الانبيآء الذي
ex illis, & persequentur illos. ut uindictam sumant de sanguine omniũ prophetarũ qui
اريق من اول العالم الي هذا الجيل من دم هابيل
effusus est à principio mundi usque ad hanc generationem, à sanguine Äbel
الصدّيق الي دم زكريا الذي اهلكوه بين المذبح والبيت
iusti usque ad sanguinem Zacharię, quem perdiderunt inter altare & ædem.
نعم اقول لكم انه يطلب من هذا الجيل ✡ الويل لكم يا كتبة
Ita, dico uobis quia requiretur ab hac generatione. Vę uobis Scribę
لانكم اخذتم مفاتيح المعرفة فما دخلتم والداخلون
quia uos accepistis claues cognitionis, & non introistis, & introeuntes
منعتموهم ✡ فلمّا قال هذا ابدا الكتبة والفريسيون يتعلقون
prohibuistis. Cùm autem dixisset hoc cæperunt Scribæ & Pharisęi imputare
عليه بالردي ويكلمونه في امور كثيرة ويحتفلون عليه
illi malum, & loqui cum illo de rebus multis & conuenire contra eum
ويصطادونه بكلمة من فيه ليقرفوه فلمّا اجتمع ربوات
& capere illũ ī uerbo ex ore illius ut accusarẽt illũ. Cũ autẽ cõgregatę essẽt multitudies
جموع حتى كاد بعضهم يدوس بعضًا ✡ قال لتلاميذه اولا
turbatum, ita ut ferè alter eorum conculcaret alterum. Dixit discipulis suis. Inprimis
تحرزوا

تحرزوا لنفوسكم من خمير الفريسيين الذي هو الرياء ۞
cauete uoſmetipſos à fermento Phariſęorum quod eſt hypocriſis.
لانه ليس خفي الّا سيظهر ولا مكتوم الا سيعلم الذي
Quoniam nō eſt abſconditum quin manifeſtetur, neque opertum quin ſciatur. Quod
تقولونه في الظلام سيسمع في النور والذي وعيتموه في
dicetis in tenebris audietur in lumine: & quod locuti eritis in
الاذان في المخادع سوف ينادي به علي السطوح اقول لكم
aures in penetralibus, prædicabitur in tectis. Dico uobis
ياحبای لاتخافوا ممن يقتل الجسد وبعد ذلك ليس
amici mei. Ne timeatis eos qui occidunt corpus, & poſt illud non eſt
لهم ان يفعلوا اكثر انا اعلمكم ممن تخافون خافوا ممن
eis facultas faciendi amplius. Ego docebo uos quem timeatis: Timete eum qui
اذا قتل له سلطان ان يلقي في نار جهنم نعم اقول لكم من
cùm occiderit eſt ei poteſtas mittendi in ignem gehennæ, ita dico uobis
هذا خافوا اليس خمسة عصافير يباعون بفلسين
hunc timete. Nonne quinque paſſeres ueneunt dipondio:
وواحد منها لا ينسي قدام الله لكن جميع شعور رؤوسكم
& unus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? ſed omnes capilli capitum ueſtrorum
محصاة فلا تخافوا لانكم افضل من عصافير كثيرة ۞
numerati ſunt. Ne timeatis ergo: quia uos plures eſtis paſſeribus multis.
واقول لكم ان كلّ من يعترف بي قدّام الناس فابن
Dico autem uobis, quia quicumque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius
الانسان يعترف به قدّام ملايكة الله ومن انكرني قدّام
hominis confitebitur illum coram angelis Dei. Et qui negauerit me coram
الناس انكرته قدّام ملايكة الله ۞ وكلّ من يقول كلمة
hominibus negabo eum coram angelis Dei. Et quicumque dicet uerbum
في ابن الانسان يغفر له ومن يجدّف على روح القدس
in filium hominis remittetur illi, & qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum
لا يغفر له ۞ اذا قدمتم الى المجامع والروسآء والسلاطين
non remittetur ei. Cùm ducti fueritis in Synagogas ad principes & poteſtates,

فلا تهتموا بما تقولون ولا بما تنطقون فان الرُوح القدس
ne ſolliciti ſitis quid dicatis, neque quid loquamini. Spiritus enim ſanctus
يعلمكم في تلك الساعة ما ينبغي ان تقـــــــولوه ✡
docebit uos in illa hora quid expediat uos dicere.

الفصل السابع والاربعون

Sectio quadrageſima ſeptima.

قال له واحد من الجمع يامعلّم قل لاخي يقاسمني الميراث
Dixit ei unus de turba, Magiſter dic fratri meo diuidat mecum hereditatem.
فقال له يا انسان من اقامني عليكم حاكمًا او مقسمًا وقال
Dixit autem ei, Homo, quis conſtituit me ſuper uos iudicem aut diuiſorem? Et dixit
لهم انظروا وتحفظوا من كلّ الشرة لانه ليس الحيـاة
illis, Videte, & cauete ab omni malo: quia non eſt uita
للانسان بكثرة ماله وقال لهم مثلًا انسان غني اخصبت
hói ī multis bonis ſuis. Et dixit illis ſimilitudinē. Hōi cuidā diuiti uberes fructus attu
له كورة ففكر في نفسه وقال ماذا اصنع اذ ليس لي حيث
lit ei ager, & cogitauit intra ſe, & dixit: Quid faciam cùm non ſit mihi ubi
اضع غلّاتي وقال هكذا اهدم اهراي وابنيها واوسعهـا
ponā triticū meū? Et dixit ſic, Deſtruā horrea mea, & ędificabo ea, & capaciora faciā
واخزن هناك جميع غلّاتي وخيراتي واقول لنفسي
ea: & congregabo ibi omne triticum meum, & bona mea, & dicam animæ meę,
يا نفس لك خيرات كثيرة موضوعة لسنين كثيرة
Anima, tibi ſunt bona multa poſita in annos plurimos,
استريحي وكلي واشربي وافرحي فقال له الرب ياجاهل
requieſce, & comede & bibe & gaude, Dixit autem illi Dominus, Stulte
في هذه اللّيلة تنزع نفسك منك وهذ الذي اعددته
in hac nocte auferetur anima tua abs te, & hæc quæ præparaſti
لمن يكون هكذا من يدّخر خيرا وليس هو غنيًا بالله
cui erunt? Sic eſt qui congregat bona & non eſt diues in Deo.

الفصل الثامن والاربعون

Sectio quadrageſima octaua.

وقال

وقال لتلاميذه من اجل هذا اقول لكم لاتهتموا لنفوسكم

Et dixit diſcipulis ſuis: Propterea dico uobis, Ne ſolliciti ſitis animabus ueſtris

بما تاكلون ولا لأجسادكم بما تلبسون لان النفس افضل

quid manducetis, neque corporibus ueſtris quid induamini: quia anima plus eſt

من الطعام والجسد افضل من اللباس تاملوا فراخ

quàm eſca: & corpus plus quàm ueſtimentum. Conſiderate pullos

الغربان التي لا تزرع ولا تحصد وليس لها مخازن ولا اهرا

coruorum qui non ſeminant, neque metunt, & non eſt eis cellarium neque horreum

والله يقوتها فكم بالحري انتم افضل من الطيور من منكم

& Deus paſcit illos. Quantò magis uos pluris eſtis auibus? Quis ex uobis

اذا هم يقدر ان يزيد علي قامته ذراعًا واحدةً فان كنتم لا

cùm cogitauerit, poterit adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Si ergo non

تستطيعون صغيرة فكيف تهتمون بالباقي ✡ تاملوا

poteſtis quod minimum eſt quomodo ſolliciti eſtis de reliquis? Conſiderate

الزهر كيف ينمي ولا يتعب ولا يعمل اقول لكم ان سليمن

flores quomodo creſcunt, & non laborant, neque operantur, dico uobis quia Salomõ

في كل مجده لم يلبس كواحدة منها فان كان العشب

in omni gloria ſua non fuit ueſtitus ſicut unus ex illis, ſi enim hærbam

الذي هو اليوم في الحقل وفي غد يطرح في التنور

quæ eſt hodie in agro & in craſtinum mittitur in clibanum

يلبسه الله هكذا فكم بالحري انتم ياقليلي الايمان وانتم

ueſtit Deus ſic, quantò magis uos puſillæ fidei. Et uos

فلا تطلبوا ماذا تاكلون ولا ماذا تشربون ولا تهتموا الان هذا

ne quęratis quid manducetis, neque quid bibatis, & ne ſolliciti ſitis, quia hoc

كله امم العالم تطلبه فاما انتم فابوكم يعلم انكم محتاجون

totum gentes mundi quærunt. At uos, pater enim ueſter ſcit quia indigetis

الي هذا بل اطلبوا ملكوته وهذا كله يعطي لكم ✡

his. Veruntamen quærite regnum illius. & hæc omnia dabuntur uobis.

الفصل التاسع والاربعون

Sectio quadrageſima nona.

لاتخف ايها القطيع الصغير فان اباكم قد سرّ ان يعطيكم
Ne timeatis ò grex puſille, quia patri ueſtro complacuit dare uobis
الملكوت ✡ بيعوا امتعتكم واعطوا رحمة ✡ واجعلوا
regnum. Vendite que poſſidetis & date eleemoſynam, facite
لكم اكياسًا لا تعتق وكنوزا في السموات لا تفني
uobis ſacculos qui non ueteraſcunt, & theſauros in cœlis, qui non deficiunt:
حيث لا يصل اليه سارق ولا يفسده سوس فحيث
quò non appropiat fur, neque corrumpit illos tinea. Vbi enim
تكون كنوزكم هناك تكون قلوبكم ✡ لتكن
ſunt theſauri ueſtri ibi ſunt corda ueſtra. Sint
اوساطكم مشدودة وسرجكم موقودة وكونوا متشبهين
lumbi ueſtri pręcincti, & lucernę ueſtrę accenſę, & eſtote ſimiles
باناس ينتظرون سيدّهم متي ياتي من العرس لكي اذا جآء
hominibus qui expectant dominum ſuum quando ueniat de nuptiis, ut cùm uenerit
وقرع يفتحون له للوقت ✡ طوبا لاوليك العبيد الذي
& pulſauerit aperiant ei confeſtim. Beati illi ſerui, quos
ياتي سيدهم فيجدهم مستيقظين الحقّ اقول لكم انه يشدّ
cùm uenerit dominus eorum inuenerit eos uigilantes. Amen dico uobis quòd cinget
وسطه ويتكيهم ويقف يخدمهم واذا جآء في الهجعه
medium ſuum & faciet diſcũbere illos, & ſtabit miniſtrare illis. Et ſi uenerit in uigilia
الثانية او الثالثة فيجدهم يفعلون هكذا طوبي
ſecunda aut tertia, & inuenerit eos facientes ſic. Beati
لاوليك العبيد ✡ هذا اعلموه لو كان ربّ البيت يعلم
illi ſerui. Hoc ſcitote, ſi pater familias ſciret
في ايّ ساعة ياتي السّارق كان يستيقظ ولا يدع بيته
in qua hora ueniat fur, uigilaret & non ſineret domum ſuam
ينقب فكونوا انتم مستعدين لان ابن الانسان ياتي في
perfodi. Eſtote igitur uos parati, quia filius hominis ueniet in
ساعة لا تظنون ✡ فقال له بطرس يا ربّ من اجلنا
hora, qua non putatis. Ait autem Petrus illi: Domine cauſa noſtri
تقول

تقول هذا المثل ام للجميع فقال الربّ من هو تُـــري
dicis hanc parabolam: an omnibus? Dixit autem Dominus: Quis eſt qui uidetur
الوكيل الامين الحكيم الذي يقيمه سيّده على عبيده
diſpenſator fidelis prudens, quem conſtituit dominus eius ſuper ſeruos ſuos,
ليعطيهم طعامهم في حينه فطوبي لذلك العبد الذي
ut det illis eſcas ſuas in tempore ſuo? Beatus autem ille ſeruus quem
ياتي سيّده فيجده قد فعل هكذا الحقّ اقول لكم انه
cùm uenerit dominus eius inueniet feciſſe ſic. Amen dico uobis, quoniam
يقيمه على جميع ماله ✡ فان قال ذلك العبد الشرير في
conſtituet eum ſuper omnia quæ habet; Et ſi dixerit ille ſeruus malus in
قلبه ان سيّدي يبطي قُدومه وياخذ في ضرب عبيد
corde ſuo, Dominus meus, retardat aduentus eius, & aſſumet percutere ſeruos
سيّده وأمايه وياكل ويشرب ويسكر فياتي سيّد ذلك
domini ſui, & ancillas eius, & comedet, & bibet, & inebriabit. Et ueniet dñus illius
العبد في يوم لا يرقبه وساعة لا يعلمها فيشقّه من وسطه
ſerui in die quãdo nõ ſperat illum, & hora, quã neſcit. Et diuidet eum per mediũ eius,
ويجعل نصيبه مع غير المومنين ✡ فامّا ذلك العبد
& ponet partem ſuam cum infidelibus. At ille ſeruus,
الذي يعلم ارادة سيّده ولا يستعدّ ويعمل ارادته يضرب
qui cognoſcit uoluntatẽ dñi ſui, & non ſe prępparat & facit uoluntatem illius uapulabit
كثيرًا والذي لا يعلم ويعمل ما يستوجب به الضرب
multis, qui autem neſcit & facit quæ digna ſunt uerberibus
يضرب يسيرًا الان كلّ من اعطي كثيرًا يطلب منه كثير
uapulabit paucis. Quia quicumque donatus eſt multis, quærentur ab eo multa.
والذي استودع كثيرًا يطالب بكثير ✡ جيت لالقي نارًا
Et ille, cui cõmendata ſunt multa quærentur ab eo multa. Veni ut mitterem ignem
علي الارض وما اريد الّا اضطرامها ولي صبغة اصطبغها
in terram, & quid uolo, niſi accenſionem eius? Et eſt mihi baptiſmus, baptizabor eo:
وانا محدّ لتكمل هل تظنون اني جيت لأُلقي سلامه على
& ego coarctor ad perficiendum. An putatis quia ueni mittere pacem in

الارض لا اقول لكم لكن افتراقا من الان تكون خمسة في
terram, non dico uobis, ſed ſeparationem. Ex nunc erunt quinque in
بيت واحد يخالف ثلثه اثنين واثنان ثلثه يخالف
domo una, aduerſabuntur tres duobus, & duo tribus, aduerſabitur
الأب ابنه والابن اباه والام ابنتها والابنة امّها والحماة
pater filio ſuo, & filius patri ſuo, & mater filię ſuę, & filia matri ſuæ, & ſocrus,
كنتها والكنة حماتها ۞ ثم قال للجمع اذا رأيتم سحابة
nurui ſuæ, & nurus ſocro ſuæ. Deinde dixit turbæ. Cùm uideritis nubem,
تطلع من المغرب قُلتم للوقت ان المطر ياتي فيكون
quæ oritur ab occaſu, dicitis ſtatim: Pluuia ueniet: & fiet
كذلك واذا هبت ريح الجنوب قُلتم سيكون حرّ
ita, & cùm flauerit uentus Auſtri dicitis erit æſtus,
فيكون يامرايين تعرفون تجربون وجه السمآء والارض
& erit. Hypocritæ noſtis probare faciem cœli, & terræ:
وهذا الزمان كيف لا تجرّبونه ۞ لم لا تحكمون بالصدق
Et hoc tempus, quomodo non probatis illud? Quid non iudicatis iuſtum
من قبل نفوسكم لانك اذا ذهبت مع خصمك الى
à uobiſmet ipſis? Quoniam tu cùm ieris cum aduerſario tuo ad
الريس فاعط ما يجب عليك في الطريق تتخلص
principem, da quod debes in uia: liberaberis
منه ليلا يذهب بك الي الحاكم والحاكم يدفعك
ab eo: ne ducat te ad iudicem, & iudex tradat te
الي المستخرج ويلقيك المستخرج في السّجن اقول لك
exactori, & mittat te exactor in carcerem. Dico tibi,
انك لا تخرج من هناك حتّى تودّي اخر فلس
quia non exies inde quouſque reddas nouiſſimum minutum, quod
عليك ۞

debes.

الفصل الخمسون

Sectio quinquageſima.

وفي ذلك الزمان جآء اليه قوم واخبروه خبر الجليليين
Et in eo tempore uenerunt ad eum quidam, & nuntiauerunt ei nouum Galilæorum,
الذين خلط بلاطس دماهم مع ذبايحهم فاجاب يسوع
quorum miſcuit Pilatus ſanguinem cum ſacrificiis eorum. Reſpondit autem Ieſus,
وقال لهم اتظنون ان اوليك الجليليين كانوا اكثر خطآء
Et dixit eis, Putatis quòd illi Galilæi fuerint magis peccatores,
من كل الجليليين اذا صابتهم هذه الاوجاع لا اقول
quàm omnes Galilæi, cùm peruenerint ad eos iſti dolores? Non dico
لكم ان لم تتوبوا كلكم فانتم تهلكون هكذا واوليك
uobis, ſi non pœnitentiam egeritis omnes uos peribitis ſic. Et illi
الثمنية عشر الذين سقط عليهم البرج في سيلوحا
decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe,
وقتلهم أتظنون انهم اكثر جرمًا من جميع الناس الذين
& occidit eos, putatis quia ipſi plus fuerint culpabiles quàm cuncti homines qui
يسكنون بيروشليم كلا واقول لكم انكم ان لم تتوبوا
habitant in Ieruſalem? Nequaquam & dico uobis, quòd niſi pœnitentiam egeritis,
فجميعكم تهلكون هكذا ✡ وقال لهم هذا المثل شجرة تين
omnes uos peribitis ſimiliter. Et dixit illis hanc ſimilitudinem, Arbor fici
كانت لواحد مغروسة في كرمه جآء يطلب فيها ثمرة
erat cuidam plantata in uinea ſua: uenit quærere in ea fructum,
فلما لم يجد قال للكرام هذه ثلث سنين اتي واطلب ثمرة
Et cùm non inueniſſet, dixit uinitori. Hæc, tres anni ſunt, uenio, & quæro fructum
في هذه الشجرة ولا اجد اقطعها ليلا تبطل الارض فاجابه
in hac arbore, & non inuenio: ſuccide illã, nè fruſtra occupet terrã. Reſpõdit autẽ ei,
وقال له يارب دعها في هذه السنة لافلحها واصلحها
& dixit ei: Domine dimitte illam in iſto anno, ut colam eam, & bonam reddam eam,
لعلها تثمر في السنة الاتيه فان هي اثمرت والا اقطعها ✡
forſitã ipſa fructũ afferet in anno uẽturo, ipſa nãque attulit fructũ, & ſi nõ ſuccide illã.

الفصل الحادي والخمسون

Sectio quinquageſima prima.

وفيما هو يعلّم في احد المجامع في السبت واذا امرأة
Et dum ipſe doceret in una ſynagogarum in ſabbatho. Et ecce mulier
معها روح مرض منذ ثمان عشرة سنة وكانت منحنية
cum qua erat ſpiritus infirmitatis per decem & octo annos: & erat incuruata,
لاتقدر ان تستقيم البتة فنظر اليها يسوع وناداها وقال
non poterat erecta ſtare ullo modo. Reſpexit autē eam Ieſus, & uocauit eam, & dixit
لها يا امرأة انت محلولة من مرضك ووضع يده عليها
illi: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit manum ſuam ſuper eam,
فاستقامت للوقت ومجّدت الله اجاب رييس الجماعة
& erecta eſt continuò, & glorificauit Deum. Reſpondit princeps ſynagogarum,
وهو مغضب لان يسوع ابراها يوم السبت وقال للجمع
& erat indignatus, quia Ieſus curaſſet eam in die ſabbathi, & dixit turbæ,
كلم ستة ايام ينبغي العمل فيها وفيها تاتون وتستشفون
Sunt uobis ſex dies, quibus conuenit operari,, & in illis uenietis, & curabimini
وفي يوم السبت لا فاجاب الربّ وقال يا مرايين كلّ
& in die ſabbathi non. Reſpondit autem Dominus, & dixit, Hypocritæ unus
واحد منكم اليس يحلّ ثورة وحماره في السبت من المذود
quiſque ueſtrum nonne ſoluit bouem ſuum & aſinum ſuum in ſabbatho à præſepio,
ويذهب فيسقيه وهذه ابنة ابراهيم وكان ربطها الشيطان
& abit, & potat illum? Et hęc eſt filia Abrahæ, quam ligauerat ſatanas
منذ ثمان عشرة سنة اما كان يحلّ ان تطلق من هذا
per decem & octo annos. Non licebat ſolui ab iſto
الرباط في يوم السبت ۞ ولمّا قال هذا الكلام اخزي كلّ
uinculo in die ſabbathi? Et cùm dixiſſet hæc uerba erubuerunt omnes
من كان يقاومه وكلّ الشعب كانوا يفرحون بالاعمال
qui aduerſabantur ei, & omnis populus gaudebant de operibus
الحسنة التي كانت منه ۞ وكان يقول بماذا تشبه ملكوت
bonis quæ fiebant ab illo. Et dicebat, Cui aſſimilatur regnum
الله او بماذا اشبهها تشبه حبة خردل اخذها انسان
Dei, & cui aſſimilabo illud? Aſſimilatur grano ſinapis quod accepit homo,
وزرعها

وزرعها في بستانه فنمت وصارت شجرةً عظيمة يسكن
& ſeminauit illud in hortum ſuum, & creuit, & factũ eſt in arborẽ magnã, requieſcũt
طير السماء في اغصانها ✡ ثم قال ايضا بماذا اشبه
uolucres cœli in ramis eius. Deinde dixit iterum, Cui aſſimilabo
ملكوت الله تشبه خميرًا اخذته امرأة وخبأته في ثلثة
regnum Dei? Aſſimilatur fermento quod accepit mulier & abſcondit illud in tria
اكيال دقيق فاختمر جميعه ✡
ſata farinæ: & fermentatum eſt totum.

الفصل الثاني والخمسون

Sectio quinquageſima ſecunda.

وكان يسير في المدن والقري ويعلّم فانطلق الى يروشليم
Et ibat per ciuitates & caſtella, & docebat, & applicuit Ieruſalem.
فقال له واحد يارب قليل هم الذين ينجون ✡ فقال
Et dixit illi quidam, Domine, pauci ſunt qui ſaluantur. Dixit autem
لهم اجهدوا علي الدخول من الباب الضيّق فاني اقول
illis, Contendite intrare per portam anguſtam, quia dico
لكم ان كثيرين يريدون الدخول منه فلا يستطيعون
uobis quòd multi uolent intrare per illam, & non poterunt.
✡ فاذا قام ربّ البيت واغلق الباب فعند ذلك
Cùm autem ſteterit pater familias, & clauſerit oſtium, & interim
تقفون خارجًا وتقرعون الباب وتقولون يارب
ſtabitis foris, & pulſabitis oſtium, & dicetis, Domine
يارب افتح لنا فيجيب ويقول لكم لا اعرفكم من اين انتم
Domine aperi nobis, & reſpondebit, & dicet uobis: Non cognoſco uos unde ſitis,
حينيذ تبدون وتقولون اكلنا قدّامك وشربنا
tunc incipietis & dicetis. Manducauimus coram te, & bibimus,
وعلّمت في اسواقنا فيقول لكم ما اعرفكم من اين انتم
& docuiſti in plateis noſtris. Et dicet uobis, Non cognoſco uos unde ſitis:
تباعدوا عني يافعلة الظلم هناك يكون البكاء وصرير
diſcedite à me operarii iniquitatis, ibi erit fletus & ſtridor

الاسنان ✡ فاذا رآيتم ابرهيم واسحق ويعقوب وكل
dentium. Cùm enim uideritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes
الانبيآء في ملكوت الله وانتم تطردون خارجًا وياتون
prophetas in regno Dei, uos autem expellemini foras. Et uenient
من المشرق والمغرب والشمال والتيمن ✡ فيتكون في
ab Oriente & Occidente & Aquilone & Auſtro, & accumbent in
ملكوت الله ويكون الاولون اخريين والاخرون اولين ✡
regno Dei, & erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

الفصل الثالث والخمسون

Sectio quinquageſima tertia.

وفي ذلك اليوم جآء اليه اناس من الفريسيين وقالوا له
In illa autem die uenerunt ad eum quidam ex Phariſęis, & dixerunt ei:
اخرج واذهب من هاهنا فان هيرودس يريد قتلك
Exi & uade hinc: quia Herodes uult occiſionem tuam
فقال لهم امضوا وقولوا لهذا الثعلب اني هوذا اخرج
& ait illis, Ite & dicite huic uulpi: Ecce eiicio
الشياطين واتمّ الشفآء اليوم وغدا وفي اليوم الثالث
dęmonia & perficio ſanitates hodie & cras & die tertia
اكمل وينبغي لي ان اليوم وغدا وفي اليوم الثالث اذهب
conſummor. Oportet autem me hodie & cras & die tertia ambulare
لانه ليس يهلك نبي خارجًا عن ياروشليم ✡ ياروشليم
quia non peribit propheta extra Ieruſalem. Ieruſalem
ياروشليم ياقاتلة الانبيآء وراجمة المرسلين اليها كم من
Ieruſalem mactatrix prophetarum & lapidatrix eorum qui miſſi ſunt ad te, quo
مرة اردت ان اجمع بينكن مثل الطير الذي يجمع فراخه
ties uolui congregare filios tuos quemadmodum auis, quę congregat pullos ſuos
تحت جناحيه فلم تريدوا هاهوذا اترك لكم بيتكم
ſub alis ſuis & noluiſtis? Ecce relinquetur uobis domus ueſtra
خرابًا اقول لكم انكم لا ترونني من السّاعة حتى تقولوا
deſerta. Dico uobis Quia non uidebitis me amodo donec dicatis:
مبارك

مبارك الاتي باسم الرب ✡ وكان لمّا دخل يسوع الي
Benedictus qui uenit in nomine Domini. Et factum eſt cùm intraſſet Ieſus in
بيت احد روسآء الفريسيين في سبت ليأكل خبزًا وهم
domum cuiuſdam principis Phariſęorum in ſabbatho, ut manducaret panem, & ipſi
كانوا يرصدونه ✡ واذا انسان كان به استسقآء كان قدامه
obſeruabant eum. Et ecce homo quidam qui habebat hydropiſin, erat ante illum,
فاجابه يسوع وقال للكتبة و الفريسيين هل يحلّ ان
Et reſpondit illi Ieſus, & dixit Scribis & Phariſęis. Licet ne
يبري في السبت ام لا فسكتوا فاخذه وابراه واطلقه
curare ſabbatho an nō? Et tacuerūt. Et apprehendit illū, & curauit illū, & dimiſit illū.
ثم قال لهم من منكم يقع حماره اوثوره في بير يوم السبت
Deinde dixit illis: Cuius ueſtrum cadit aſinus aut bos in puteum die ſabbathi
فلا يصعدّه للوقت فلم يقدروا ان يجيبوه عن هذا ✡
& non extrahit illum ſubito: Et non potuerunt reſpondere ei circa hoc.

الفصل الرابع والخمسون

Sectio quinquageſima quarta.

فقال مثلًا للمدعوين لانهم كانوا يتخيرون اول
Dixit autem parabolam ad inuitatos, quia illi eligebant primos
المتكآت فقال لهم متي دعاك احد الي عرس فلا تجلس
accubitus, & dixit illis: Quando uocauerit te aliquis ad nuptias ne ſedeas
في اول الجماعة فلعلّهُ قد دعا هناك واحدًا اكرم منك
in prima congregatione, ne forte uocet ibi aliquem honoratiorem te
عليه فياتي الذي دعاه واياك فيقول لك دع المكان
apud ſe, & ueniat qui uocauerit illum & te, & dicat tibi: Cede locum
لهذا فتخزي وتقوم فتجلس في الموضع الاخير لكن اذا
huic: & pudore afficieris, & ſurges, & ſedebis in loco nouiſſimo: Sed cùm
دعيت فاذهب واتكئ في اخر موضع لكي اذا جآء الذي
uocatus fueris, uade & recumbe in nouiſſimo loco, ut cùm uenerit qui
دعاك يقول لك ياحبيب ارتفع الي فوق حينيذ
inuitauit te, dicat tibi, Amice aſcende ſuperius. Tunc

يكون لك مجدًا امام المتكيين معك ۞ لان كل
erit tibi gloria coram discumbentibus tecum. Quia omnis
من يرتفع يتضع وكل من يتواضع يرتفع ۞ وقال للذي
qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Et dixit illi qui
دعاه اذا صنعت وليمة اوعشا فلا تدع احبك ولا
uocauerat ipsum, Cùm feceris prandium aut cœnam ne uoces amicos tuos, neque
اخوتك ولا اقرباك ولا اغنياء جيرانك فلعلهم ان
fratres tuos, neque cognatos tuos, neque diuites uicinos tuos: ne forte ipsi
يدعوك ايضا فتكون لك مكافاة لكن اذا صنعت
uocent te etiam, & fiat tibi retributio. Sed cùm feceris
طعامًا ادع المساكين والضعفاء والمقعدين والعميان
conuiuium, uoca pauperes, & debiles, & claudos, & cæcos.
فطوباك لان ليس لهم مايكافونك ومجازاتك تكون
Et beatus eris, quia non est eis quod retribuant tibi, & retributio tua erit
في قيامة الصدّيقين فسمع واحدًا المتكيين ذلك
in resurrectione iustorum. Audiuit autem unus discumbentium hoc
فقال طوبي لمن ياكل خبزًا في ملكوت الله ۞
& dixit, Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

الفصل الخامس والخمسون

Sectio quinquagesima quinta.

فقال له انسان صنع وليمة عظيمة ودعا كثيرًا فارسل
Dixit autem ei: Homo quidam fecit conuiuiũ magnum, & uocauit multos. Et misit
عبيده وقت العشاء يقول للمدعوين ياتون فهوذا كلّ
seruos suos hora cœnæ ut dicerent uocatis ut uenirent, quia ecce omnia
شيء معدّ فبدوا جميعهم يستعفون فالاول قال اشتريت
parata sunt. Et cœperunt omnes illi recusare. Et primus dixit, Emi
حقلًا والضرورة تدعوني الى الخروج اليه ونظره
uillam & necessitas uocat me, ut exeam ad eam & uideam eam,
واسالك ان تعفيني فما اجي وقال اخر قد اشتريت خمسة
& rogo ut parcas mihi, & non ueniam. Et dixit alter, Emi quinque

ازواج بقر وانا ماض اجرّبها اسالك ان تعفيني فما اجي
iuga boum, & ego uado probare illa, rogo te ut parcas mihi, & non ueniam.
وقال اخر قد تزوجت امرأة ولاجل ذلك ما اقدر اجي
Et dixit alius: Duxi uxorem & propter hoc non possum uenire.
فاتي العبد واخبر سيّده بهذا حينيذ غضب ربّ البيت
Et uenit seruus, & nuntiauit domino suo hoc. Tunc iratus est pater familias
وقال لعبده اخرج مسرعًا الى الطريق وشواع المدينة
& dixit seruo suo: Exi festinans in uias & uicos ciuitatis,
وادع المساكين والمعوزين والعميان والمقعدين الى
& uoca pauperes & debiles & cœcos, & claudos
هاهنا فقال العبد ياسيّد قد فعلت ما امرت وهاهنا
huc. Et dixit seruus: Domine feci quod imperasti, & hic
ايضًا مكان فقال السيّد للعبد اخرج الى الطريق
adhuc locus est. Dixit autem Dominus seruo: Exi in uias
والسياجات واجبر عليهم حتى يدخلوا ويمتلي بيتي اقول
& sepes: & compelle illos quousque intrent, & impleatur domus mea. Dico
لكم انّه ولا واحد من اوليك الناس المدعوين يذوقون
uobis quòd nemo illorum hominum uocatorum gustabunt
لي عشآء ✡ وكان جمع كبير منطلقًا معه فالتفت وقال لهم
meam cœnam. Et erat turba magna abiens cum eo, & conuersus est & dixit illis.
من يات اليّ ولا يبغض اباه وامّه وامرأته وبنيه واخوته
Quicūq̄ uenit ad me, & nō odit patrē suū, & matrē suā, & uxorē suā & filios suos &
واخواته نعم حتى نفسه فلا يقدر ان يكون لي تلميذًا
fratres suos & sorores suas, etiam usque ad animam suā nō potest esse meus discipulus.
ومن لا يحمل صليبه ويتبعني لا يقدر ان يكون تلميذًا ✡
Qui cunque autē nō portat crucem suā & sequitur me, nō potest esse meus discipulus.

الفصل السادس والخمسون

Sectio quinquagesima sexta.

من منكم يريد ان يبني برجًا فلا يجلس اولاً ويحسب
Quis ex uobis uult ædificare turrim, non sedet primùm, & computet

نفقته وهل له ما يكمله لكيما اذا وضع الاساس ولم يقدر

ſũptus eius, & an ſit ei quo perficiat illã, ne poſtquã poſuerit fũdamẽta, & nõ potuerit

علي كماله فكل الناظرين يبدون يستهزيون به

ſuper perfectionem illius omnes aſpicientes incipiant illudere ei,

ويقولون ان هذا الانسان بدا ابنيآء ولم يقدر ان يكمله

& dicere, Quia hic homo cæpit ædificationem, & non potuit perficere illam.

او اىّ ملك يخرج الي محاربة ملك اخر اليس يجلس

Aut quis Rex exiit in bellum Regis alterius, nonne ſedet

اولاً ويفكر هل يستطيع ان يلقي بعشرة الف الموافي اليه

prius, & cogitabit an poſſit occurere cum decem millibus uenientibus ad ſe

في عشرين الفاً والا فما دام بعيدًا منه يرسل رسلاً

cum uiginti millibus? alioquin dum expectat longè ab eo, mittit nuntios

ويسئل سلامه ✡ هكذا كل واحد منكم ان لم يرفض كل

& rogat pacem eius. Sic unuſquiſque ex uobis ſi non renuntiauerit omnibus

شئ له لايقدر ان يكون لي تلميذًا ✡ جيد هو الملح فان

quæ ſunt ei, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Bonum eſt ſal, ſi autem

فسد الملح بماذا يملح لايصلح للارض ولا للمزبلة لكن

euanuerit ſal: in quo ſalietur? neque bonificat terram neque ſterquilinium, ſed

يطرح خارجًا من كانت له اذنان سامعتان فليسمع ✡

expelletur foras. Cui ſunt aures audientes audiant.

ودنا منه جميع العشارين والخطاة ليسمعوا منه فتذمر

Et appropīquauerũt illi omnes publicani & peccatores ut audirẽt eũ, & murmurauerũt

الفريسيون والكتبة قايلين هذا يقبل الخطاة ويأكل

Phariſæi & Scribæ dicentes; Hic recipit peccatores & manducat

معهم ✡

cum illis.

الفصل السابع والخمسون

Sectio quinquageſima ſeptima.

فقال لهم هذا المثل اىّ رجل منكم له مايه خروف

Et dixit illis hanc parabolam. Quis ex uobis eſt cui ſint centum oues,

فيتلف واحد منها اليس يترك التسعة والتسعين في
perdat autem unam ex illis, nonne relinquit nonaginta nouem in
البرّية ويمضي الي الضال حتي يجدهُ فاذا وجدهُ حمله على
deserto, & uadit ad perditam donec inueniat eã? Et cùm inuenerit eã portat eam super
منكبيه فرحًا وياتي به الي بيته ويدعي اصدقاه وجيرانه
humeros suos hylariter, & uenit cũ ea domũ suã, & uocat amicos suos, & uicinos suos
ويقول لهم افرحوا معي لوجودي خروفي الضال اقول
& dicit illis, Congratulamini mihi ob iuẽtionem meã ouis meæ perditæ. Dico
لكم انّه يكون فرح في السمآء بخاطي واحد يتوب اكثر
uobis quòd erit gaudium in cœlo de peccatore uno, qui pœnitentiam agit magis
من التسعة والتسعين صدّيقًا الذين لا يحتاجون
quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent
الى توبة ✡ وايّه امراة لها عشرة دراهم يتلف واحد منها
pœnitentia. Et quæ mulier est cui sunt decem drachmæ perdat unam ex eis,
اليس توقد سراجًا وتكنس بيتها وتطلبه مجتهدة حتي
nonne accendit lucernam, & mundat domum suam, & quærit eam fatigans donec
تجده فاذا وجدته دعت احبا بها وجاراتها قايلةً
inueniat eam? Cùm autem inuenerit eam uocat dilectas suas, & uicinas suas dicens,
افرحن لي لوجدي درهمي التالف ✡ هكذا اقول لكم انه
cõgratulamini mihi ob inuentionẽ meã drachmæ meæ perditæ; Ita dico uobis, quia
يكون فرح قدّام ملايكة الله بخاطي واحد يتوب ✡
erit gaudium coram angelis Dei de peccatore uno, qui pœnitentiam agit.

الفصل الثامن والخمسون

Sectio quinquagesima octaua.

وقال انسانُ له ابنان فقال الاصغر منهما لابيه يا ابة اعطني
Et dixit: Homo qdã erat, cui erãt filii duo: & dixit minor ex illis patri suo: Pat̃ da mi-
نصيبي من مالك فقسم بينهما ماله وبعد ايام قلايل جمع
hi portionẽ meã de facultatibus tuis. Et diuisit ĩter illos substãtiã suã. Et post dies pau-
الابن الاصغر كلّ شيُ وسافر الى كورة بعيدة وبدد ماله
cos cõgregauit filius minor oĩa, & pegrinatus ẽ ĩ regionẽ lõgĩquã, & dissipauit substã-

هناك بعيش بدخ فلما نفد كلّ شيء حدث جوع شديد

tiam ſuam ibi in uita luxurioſa. Cùm autem conſummaſſet omnia accidit fames ualida

في تلك الكورة فافتقر وانقطع الى رجل من عظماء

in illa regione, & factus eſt pauper, & adhæſit uni ex maioribus

تلك الكورة فارسله الي حقله يرعي خنازير وكان يشتهي

illius regionis. Et miſit illum in agrum ſum paſcere porcos. Et deſiderabat

ان يملا بطنه من الخرنوب الذي كانت الخنازير تاكله

implere uentrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant

فلا يعطي ذلك ففكر في نفسه وقال كم من اجراء ابي

& nō dōabat illis. Cōgitauit autē ī ſemet ipſo, & dixit: Quāti ex mercēnariis patris mei

يفضل عنهم الخبز وانا هاهنا اهلك جوعًا اقوم وامضي

ſunt quibus abundat panis: & ego hic pereo fame. Surgam, & ibo

الى ابي واقول له يا ابه اخطات في السماء وقدامك

ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum & coram te,

ولست مستحقًا ان ادعي لك ابنًا لكن اجعلني كاحد

& non ſum dignus uocari tibi filius: Sed fac me ſicut unus

اجرايك فقام وجاء الى ابيه وفيما هو بعيد نظره ابوه

mercēnariorū tuorū. Et ſurrexit, & uenit ad patrē ſuū. Et cū adhuc lōgè eſſet uidit illū

فتحنن واسرع واعتنقه وقبّله وقال له ابنه يا ابه اخطات

pater ſuus, & miſericordia motus ē, & feſtinauit, & cōplexus ē illū, & oſculatus ē illū,

في السماء وقدّامك ولست بمستحق ان ادعي لك ابنًا

& dixit illi filius eius: Pat peccaui ī cœlū, & corā te, & non sū dignus uocari tibi filius.

فقال ابوه لعبيده قدموا الحلّة الاولي والبسوه واعطوه

Dixit autē pater eius ad ſeruos ſuos: Proferte ſtolā primam, & induite illū, & date illi

خاتمًا في يده وحذآ في رجليه واتوا بالعجل المعلوف

anulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite uitulum ſaginatum,

واذبحوه ونا كل ونفرح لان ابني هذا كان ميتًا فعاش

& occidite eū, & māducemus, & lętemur: quia filius meus hic erat mortuus, & reuixit

وضالًا فوجد فبدوا يفرحون وكان ابنه الاكبر في

& erat perditus & inuentus eſt. Et cæperunt lętari. Et erat filius eius maior in

الحقل

الحقل فلمّا جآء وقرب من البيت وسمع اتفاق الاصوات

agro, & cùm ueniſſet, & appropinquaſſet domui, & audiſſet concentum uocum,

والرقص دعا واحد من الغلمه وساله ما هذا فقال له ان

& chorũ : uocauit unũ de ſeruis ſuis, & îterrogauit illũ, Quid eſſet hoc. Dixit autẽ ei.

اخاك قدم وذبح ابوك العجل المعلوف لانه قبله

Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum ſaginatum, quia recepit illum

معافا فغضب ولم يرد ان يدخل فخرج ابوه فطلب اليه

ſaluum. Indignatus eſt autẽ, & noluit introire. Exiuit ergo pater eius, & rogauit illũ.

فاجاب وقال لابيه كم لي من سنة اخدمك ولم اخالف

Reſpondit autem, & dixit patri ſuo. Quot annis ſeruio tibi, & non prẽteriui

وصية لك قط ولم تعطيني جديًا واحدًا اتنعم به مع

mandatum unum tuum unquã, & non dediſti mihi hædũ unum ut epularer illo cum

اصدقاي فلمّا جآء ابنك هذا الذي اكل مالك مع

amicis meis: Cùm autem ueniſſet filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam tuam cum

الزناة ذبحت له العجل المعلوف فقال له يابني انت معي

meretricibus, occidiſti ei uitulum ſaginatum. Dixit autem illi: Fili mi tu mecum es

في كل حين وكلّ شئ لي فهولك وينبغي ان تسّر وتفرح

omni tempore, & omnia quę ſunt mihi ſũt tibi. Oportet enim te gaudere & lætari,

لان اخاك هذا كان ميتًا فعاش وضالًا فوجد ✡

quia frater tuus hic erat mortuus & reuixit, & erat perditus & inuentus eſt.

الفصل التاسع والخمسون

Sectio quinquageſima nona.

وقال لتلاميذه انسان كان غنيًا وكان له وكيل فسعي

Dixit autẽ diſcipulis ſuis, Homo quidã erat diues, & erat ei adminiſtrator, & delatus ẽ

به عنده انه يبدر ماله فدعاه وقال له ما هذا الذي اسمع

apud eũ quòd diſſiparet bona ſua. Et uocauit illũ, & dixit illi, Quid ẽ hoc quod audio

عنك اعطي حساب وكالتك فانك لا تكون لي بعد

de te? redde mihi rationem adminiſtrationis tuæ: quia tu non eris mihi ulterius

وكيلًا فقال الوكيل في نفسه ماذا اصنع اذا اخذمني

adminiſtrator. Dixit autem adminiſtrator intra ſe: Quid faciam cum abſtulerit à me

سيدي الوكالة ولست استطيع الفلاحة واستحي
dominus meus adminiſtrationem? & non poſſim fodere, & erubeſcam
ان اتسوّل قد علمت ماذا اصنع حتى اذا خرجت عنّي
mendicare. Scio iam quid faciam, ut cùm receſſerit à me
الوكالة يقبلونني في بيوتهم فدعا واحدًا واحدًا من
adminiſtratio recipiant me in domos ſuas. Et uocauit ſingulos
غرماء سيّده فقال للاول كم لسيّدي عليك فقالماية
debitores domini ſui, & dixit primo: Quãtum domino meo debes? Dixit autẽ, Cẽtum
قفيز زيتًا فقال له خذ كتابك واجلس مسرعًا واكتب
cados olei. Et dixit illi, Accipe librum tuum: & ſede cito & ſcribe
خمسين ثم قال للآخر وانت كم عليك فقال ماية كرّ
quinquaginta. Deinde dixit alii, Et tu quantum debes? Et dixit, Centum choros
قمح فقال له خذ كتابك واكتب ثمانين فمدح الربّ
tritici. Et dixit illi, Accipe librum tuum, & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus
وكيل الظلم لانّه بعقل صنع لان بني هذا الدهر احكم
adminiſtratorẽ iniqtatis, quòd prudẽter feciſſet: quia filij huius ſeculi prudẽtiores ſunt
من بني النور في جيلهم هذا وانا اقول لكم اتخذوا لكم
filiis lucis in generatione eorum hac. Et ego dico uobis, Accipite uobis
اصدقا من مال الظلم لكي اذا نفد تم يقبلونكم في مظالهم
amicos de bonis iniquitatis, ut cùm defeceritis recipiant uos in tabernacula ſua
الابدية ۞

æterna.

الفصل السّتون

Sectio ſexageſima.

الامين في القليل يكون امينًا في الكثير والظالم في
Fidelis in modico eſt fidelis in multo. Et iniquus in
القليل ظالم في الكثير فان كنتم غير امنا في مال الظلم
modico eſt iniquus in multo. Si ergo fuiſtis fideles in bonis iniquitatis,
فمن يأتمنكم في الحق وان كنتم فيما ليس لكم غير امنا
quis credet uobis in ueritate? Et ſi fuiſtis in eo quod non eſt ueſtrum infideles,

فمن

فمن يعطيكم ما لكم ✡ لا يستطيع احد ان يعبد ربّين
quis ergo dabit uobis quod eſt ueſtrum. Non poteſt unus ſeruire duobus dominis,
الا ان يبغض الواحد ويحبّ الاخر ويطيع الواحد ويرفض
quin odio habeat unum, & diligat alterum, & obtemperet uni, & contemnat
الاخر لا تقدرون ان تعبدوا الله والمال ✡ فلمّا سمع
alterum, non poteſtis ſeruire Deo & bonis. Cùm autem audiſſent
الفريسيون هذا كلّه كانوا محبين للفضـــــة فبدوا
phariſęi hæc omnia, qui erant amatores argenti, cæperunt
يستهزيون به فقال لهم انتم الذين تزكّون نفوسكم
deridere illum. Et ait illis, Vos eſtis qui iuſtificatis uoſmetipſos
قدّام الناس والله عارف بقلوبكم لان المتعظم في الناس
corã hominibus: Deus autẽ nouit corda ueſtra, quia quod magnificatũ ẽ iter homines,
مرذول قدّام الله ✡ الناموس والانبيآء الي يوحنّا ومنه
abhominatum eſt ante Deum. Lex & Prophætę uſque ad Iohannem, & ab eo
حينيذ يبشر بملكوت الله ✡ وكل احد يظلم ذاته لاجلها
tunc euangelizabant regnum Dei. Et unuſquiſque uim ſibi facit propter illud.
وزوال السمآء والارض اسهال من ان يبطل من الناموس
Et remotio cœli & terræ facilior eſt quàm euaneſcat de lege
حرف واحد ✡ كلّ من يطلق امرأته ويتزوج اخري
litera una. Omnis qui dimittit uxorem ſuam, & ducit alteram
فهو زان وكلّ من يتزوج مطلّقه من زوجها فهو يزني ✡
profectò ipſe mechatur: & omnis qui ducit dimiſſã à uiro ſuo profectò & ipſe mechatur.

الفصل الحادي والستون

Sectio ſexageſima prima.

رجل كان غنيًا ويلبس البرفير والارجوان وكان يتنعم
Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & iucundè uitam ducebat
كل يوم ويلذّ ومسكين كان اسمه لعازر كان مطروحًا
quotidie, & ſplendidè uiuebat. Et pauper erat cuius nomen Lazarus, erat proiectus
عند بابه مضروبًا بالقروح وكان يشتهي ان يشبع من
ad portam illius, percuſſus ulceribus, & cupiebat ſaturari de

الفتات الذي يسقط من مايدة ذلك الغني وكانت

fragmentis quæ cadebant de menſa illius diuitis, &

الكلاب تاتي وتلحس قروحه فلمّا مات ذلك المسكين

canes ueniebant & lingebant ulcera eius. Cùm autem mortuus eſſet ille mendicus,

اخذته الملايكة الي حضن ابراهيم ومات ذلك الغني وقبر

aſſumpſerunt eum angeli in ſinum Abrahę. Mortuus eſt autẽ ille diues, & ſepultus eſt,

فرفع عينيه فى الجحيم وهوفي العذاب فنظر ابراهيم من

& eleuauit oculos ſuos cùm eſſet in inferno & eſſet in tormentis, & uidit Abraham à

بعيد ولعازر في حضنه فنادي وقال يا ابه ابراهيم ارحمني

longè, & Lazarum in ſinu eius. Et clamauit, & dixit, Pater Abraham miſerere mei,

وارسل لعازر ليبل طرف اصبعه بماء يبرّد به لساني لانني

& mitte Lazarũ ut ītīgat extremitatẽ digiti ſui ī aquã, refrigeret cũ ea līguã meam, qa

معذّب في هذا اللهيب فقال له ابراهيم يابني اذكر انك

crucior in hac flamma. Dixit autem ei Abraham. Fili mi recordare quia tu

قد قبلت خيراتك في حياتك ولعازر هوفى بلايه

recepiſti bona tua in uita tua, & Lazarus fuit in afflictionibus ſuis:

والان فهو يستر:ح هاهنا وانت تعذّب ومع هذا كلّه

nunc autem ipſe conſolatur hic, & tu cruciaris, & cum his omnibus

فبيننا وبينكم هوّة عظيمة لايقدر احد علي العبور من

inter nos & uos eſt chaos magnum, non poteſt ullus tranſire

هاهنا اليكم ولا من هناك الينا قال له اسالك يا ابة ان

hinc ad uos, neque inde ad nos. Dixit illi: Rogo te pater ut

ترسله الى بيت ابي فان لي خمسة اخوة حتي يشهد لهم

mittas eum in domum patris mei, quia ſunt mihi quinque fratres ut teſtificetur illis,

لكيلا ياتوا الى موضع هذا العذاب فقال له ابراهيم

ne illi ueniant in locum hunc tormentorum. Dixit autem illi Abraham:

عندهم موسي والانبياء فيسمعون منهم فقال له لا يا ابة

Apud illos Moyſes & prophetæ ſunt, audiant illos. Et dixit illi: Non pater

ابراهيم ان لم يمض اليهم واحد من الاموات ما يتوبون

Abraham: niſi ierit ad illos aliquis ex mortuis non agent pœnitentiam.

فقال

فقال له ان كان لا يسمعون من موسي والانبيآء ولا ان
Dixit autem illi, Si eſt quòd non audiunt Moyſen, & prophetas, neque ſi
قام واحد من الاموات يصدّقونه ✡
ſurrexerit aliquis ex mortuis credent ei.

الفصل الثاني والستون

Sectio ſexageſima ſecunda.

وقال لتلاميذه سوف تاتي الشكوك والويل للذي تاتي
Et dixit diſcipulis ſuis, Tandem uenient ſcandala, uę autem illi per quem ueniunt
الشكوك من قبله خير له لو علّق حجر رحي في عنقه
ſcandala, melius eſſet ei ſi ſuſpenderetur lapis molaris in collo eius
ويطرح في البحر افضل من ان يشك واحدا من هولآء
& proiiceretur in mare, quàm ut ſcandalizet unum ex iſtis
الصغار ✡ انظروا الأن ان اخطا اليك اخوك فانهه وان
puſillis. Attendite ergo ſi peccauerit in te frater tuus, corrige eum, & ſi
تاب فاغفر له ✡ وان اخطا اليك سبع مرّات في اليوم
pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et ſi peccauerit in te ſepties in die
ورجع اليك سبع مرّات ويقول انا تايب فاغفر له ✡
& conuerſus fuerit ad te ſepties, & dixerit, Ego pœnitens ſum, dimitte illi.
فقال الرسل للربّ زدنا ايماناً فقال لهم الربّ لو كان فيكم
Et dixerunt Apoſtoli Dño, Adauge nobis fidem. Dixit autẽ eis Dñus, Si fuerit ĩ uobis
ايمان مثل حبة خردل لكنتم تقولون لهذه التوته
fides ſicut granum ſinapis diceretis huic ſycamino
انتقلي وانغرسي في البحر فكانت تسمع منكم ✡ من
tranſi & traſplantare in mare: obediret uobis. Quis
منكم له عبد يحرث او يرعي فان جآء من الحقل اتري
ex uobis eſt, cui ſeruus eſt, qui arat & paſcit, ſi ueniet de agro, uideris tibi
يقول له للوقت اصعد واجلس اوليس يقول له اعدد لي
dicere illi ſtatim, Aſcende, & ſede, & non dicere ei, Para mihi
ما اكله واشدد حقويك واخدمني حتى اكل واشرب
quod manducem, & pręcĩge humeros tuos & miniſtra mihi donec manducẽ, & bibã?

ومن بعد ذلك تاكل انت وتشرب هل له فضل لذلك

& poſt hęc manducabis tu & bibes? Nunquid ille gratiam habet illi

العبد عند ما فعل ما امر به انا لا اظن كذلك انتم اذا

ſeruo dum fecerit quod imperatum eſt illi? Non puto, ſic uos cùm

فعلتم كلّ شيء امرتم به فقولوا انّا عبيد بطالون انما

feceritis omnia quę pręcepta ſunt uobis, dicite, Equidem nos ſerui inutiles ſumus,

عملنا ما يجب علينا ✡ وكان بينما هو منطلق الي

fecimus enim quod noſtra intererat. Et factum eſt dum ipſe iret in

يروشليم اجتاز بين السّامرية والجليل وفيما هو داخل

Ieruſalem tranſiit per mediam Samariam, & Galilęam. Et dum ipſe ingrederetur

الى احدي القري استقبله عشرة رجال برص فوقفوا

quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem uiri leproſi, & ſteterunt

من بعيد ورفعوا اصواتهم قايلين يايسوع المعلم ارحمنا

à longe: & eleuauerunt uoces ſuas, dicentes: Ieſu, pręceptor miſerere noſtri.

فنظر وقال لهم اذهبوا فاروا نفوسكم للكهنة وفيما هم

Et reſpexit, & dixit illis: Ite, & oſtendite uos ipſos ſacerdotibus. Et dum ipſi

منطلقون طهروا فلمّا راى احدهم انه قد طهر رجع بصوت

irẽt mũdati ſunt. Cùm autẽ uidiſſet unus eorũ qa mũdatus eſſet: regreſſus eſt cũ uoce

عظيم ممجدًا الله وخرّ علي وجهه عند رجليه شاكرًا له

magna glorificans Deum, & cecidit in faciem ſuam ante pedes eius gratias agens illi:

وكان سامريًا اجاب يسوع وقال اليس العشرة قد طهروا

& erat Samaritanus. Reſpondit Ieſus & dixit: Nonne decem mundati ſunt?

فاين التسعة لم يوجدوا اليرجعوا ويمجدوا الله ماخلا

& ubi ſunt nouem? non ſunt inuenti qui redirent, & glorificarent Deum niſi

هذا الغريب الجنس ثم قال له قم فامض ايمانك

hic alienigena. Deinde dixit illi, Surge uade, fides tua

خلّصك ✡ فلمّا سأله الفريسيون متي تكون ملكوت

ſaluum fecit te. Cùm autem interrogaſſent eum Phariſęi, Quando erit regnum

الله اجابهم وقال ليس ياتي ملكوت الله برصد ولا يقولون

Dei: Reſpondit eis, & dixit: Non uẽit regnũ Dei cum obſeruatione: neque dicetis,

هوذا

هوذا هي هاهنا او هناك هاهوذا ملكوت الله داخل
Ecce eſt hic, aut illic. Ecce regnum Dei intra
فيكم ✡ ثم قال لتلاميذه ستاتي ايام تشتهون ان تروا
uos eſt. Deinde dixit diſcipulis ſuis: Venient dies, deſiderabitis uidere
يوما واحدا من ايام ابن البشر فلا تروں ✡ فان قالوا
diem unum ex diebus filij hominis, & non uidebitis. Et ſi dicent
لكم هوذا هو هاهنا او هناك فلا تذهبوا ولا تسرعوا ✡
uobis: Ecce eſt hic aut illic. Ne credatis, neque feſtinetis.
لانه كمثل البرق الذي يضي في السمآء فيضي تحت السمآء
Quoniam ſicut fulgur quod corruſcat in cœlo fulget ſub cœlo
كذلك يكون ابن البشر في يومه وقبل هذا يقبل
ita erit filius hominis in die ſua. Ante enim hoc recipiet
الاما كثيرة ويرذل من هذا الجيل ✡ وكما كان في ايام
paſſionem multam, & reprobabitur ab hac generatione. Et ſicut factum eſt in diebus
نوح كذلك يكون في ايام ابن البشر كانوا ياكلون
Noe: ita erit in diebus filij hominis. Comedebant,
ويشربون ويتزوجون ويزوجون الى اليوم الذي
& bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias uſque in diem, qua
دخل فيه نوح الى السفينة فجآء الطوفان واهلك
intrauit Noe in nauim, & uenit diluuium, & perdidit
الجميع ✡ ومثلما كان في ايام لوط كانوا ياكلون ويشربون
omnes. Et ſecundum quòd factum eſt in diebus Loth, edebant & bibebant,
ويبيعون ويشترون ويغرسون ويبنون الى اليوم
& uendebant, & emebant, & plantabant, & ædificabant: uſque in diem
الذي خرج فيه لوط من سدوم فامطر الربّ من السمآء
qua exiit Loth à ſodomis, & pluit Dominus de cœlo
نارا وكبريتا فاهلك جميعهم كذلك يكون في اليوم
ignem & ſulfurem & perdidit omnes illos: ita erit in die
الذي يظهر فيه ابن الانسان وفي ذلك اليوم من كان
qua reuelabitur filius hominis, & in illa die quicunque fuerit

في السطح والته في البيت لاينزل ياخذها ✡ ومن كان
in tecto, & inſtrumenta eius in domo, ne deſcendat tollere illa. Et quicunque fuerit
في الحقل ايضًا لايرجع هكذا الى ورايه ✡ اذكروا
in agro adhuc ne redeat ſimiliter retro ſe. Memores eſtote
امراة لوط ✡ من اراد ان يحيي نفسه اهلكها ومن اهلكها
uxoris Loth. Quicũque uoluerit uiuificare aniã ſuã perdet illã, & qcũque pdiderit eã
احياها ✡ واقول لكم ان في هذه الليلة يكون اثنان
uiuificabit eam. Dico autem uobis quia in hac nocte erunt duo
على سرير واحد يوخذ الواحد ويترك الاخر وتكون
in lecto uno, aſſumetur unus, & relinquetur alter, & erunt
اثنتان تطحنان جميعًا توخذ الواحدة وتترك الاخري
duę molentes ſimul aſſumetur una, & relinquetur altera.
✡ اثنان في الحقل يوخذ الواحد ويترك الاخر اجابوا
duo in agro, aſſumetur unus, & relinquetur alter. Reſponderunt
وقالوا له الى اين يارب فقال لهم حيث تكون الجثة
& dixerunt ei: Vbi Domine? Dixit autem eis, Vbi erunt corpora
هناك تجتمع النسور ✡
ibi congregabuntur aquilę.

الفصل الثالث والستون

Sectio ſexageſima tertia.

وقال لهم مثلًا لكي يصلوا كل حين ولا يملوا قال كان
Et dixit eis parabolam, ut orarent omni tempore, & non deficerent. Dixit: Erat
قاض في مدينة لايخاف من الله ولا يستحي من الناس
iudex in ciuitate quadam, qui non timebat Deum, neque reuerebatur homines,
وكان في تلك المدينة ارملة وكانت تاتي اليه وتقول له
& erat in illa ciuitate uidua, & ueniebat ad eum, & dicebat ei,
انتقم لي من خصمي ولم يكن يشاء الى زمان وبعد ذلك
Vindica me de aduerſario meo, & noluerat uſque ad aliquod tempus. Et poſt hoc
قال في نفسه ان كنت لا اخاف من الله ولا استحي من
dixit intra ſe, Si non timeo Deum neque reuereor
الناس

الناس لكن من اجل هذه الارملة انتقم لها ليلا تبر

homines, tamen propter hanc uiduam uindicabo illam ne ſit extranea

مني وتاتي الّي في كلّ حين لتتعبني قال الربّ اسمعوا ما

à me, & ueniat ſemper ad moleſtandum me. Dixit Dominus, Audite quod

قال قاضي الظلم أفليس الله احري ان ينتقم لمختاريه

dixit iudex iniquitatis Nõne ergo Deus conuenientius uindicabit electos ſuos

الذين يدعونه نهارًا وليلًا ويتأني عليهم نعم اقول لكم

qui uocant eum die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Vtique dico uobis

انّه ينتقم لهم سريعًا اذا جاء ابن الانسان أتري يجد

quia uindicabit illos illico. Quando uenit filius hominis putas inueniet

ايمانًا على الارض ✡

fidem in terra.

الفصل الرّابع والستون

Sectio ſexageſima quarta.

ثم قال لهم من اجل اقوام يقولون انهم صديقون

Deinde dixit illis propter aliquos qui dicebant ſe eſſe iuſtos

ويحتقرون البقية هذا المثل رجلان صعدا الى

& aſpernabantur cęteros, hanc parabolam. Duo homines aſcenderunt in

الهيكل ليصليا احدهما فريسي والاخر عشار فامّا الفريسي

templum ut orarent: unus eorum erat Phariſęus, & alter publicanus. Phariſęus autem

فوقف يصلي بهذا في نفسه اللهمّ اني اشكرك لاني لست

ſtabat orando hoc intraſe: Deus, ego gratias ago tibi, quia non ſum

مثل ساير الناس الغاصبين الظلمة الفجّار ولا مثل هذا

ſicut cęteri hominum: raptores, iniuſti adulteri, neque ſicut iſte

العشّار اصوم يومين في كلّ اسبوع واعشّر جميع مالي واما

publicanus. Ieiuno duobus diebus ī oñi ebdomada, & decimas do oĩũ bonorũ meorũ.

ذلك العشّار فكان قايمًا من بعيد ولا يري ان يرفع

At ille publicanus ſtabat à longe, & non audebat eleuare

عينيه الي السماء لكن يضرب على صدره ويقول يا الله

oculos ſuos ad cœlum, ſed percutiebat pectus ſuum, & dicebat: Deus

اغفر لي فاني خاطي اقول ان هذا نزل الى بيته ابرّ من

parce mihi quia peccator sũ. Dico uobis quia hic descendit in domũ suã iustificatus ab

ذلك ✡ لان كلّ من يرفع نفسه يتضع وكلّ من يضع

illo. Quia omnis qui exaltat se ipsum humiliabitur, & omnis qui humiliat

نفسه يرتفع ✡

se ipsum exaltabitur.

الفصل الخامس والستون

Sectio sexagesima quinta.

ثم قدّموا اليه صبيانا ليضع يده عليهم فلمّا ابصرهم

Deinde attulerunt ad illũ pueros ut poneret manũ suã super illos. Cũ autẽ uidissent eos

التلاميذ نهروهم وان يسوع دعاهم وقال دعوا الصبيان

discipuli increpauerunt illos. Iesus autem uocauit illos, & dixit: Sinite pueros



ياتون اليّ ولا تمنعوهم لان ملكوت الله لمثل هولآء ✡

uenire ad me, & ne prohibeatis illos, quia Regnũ Dei est eorũ, qui similes sunt eis.

الحقّ اقول لكم ان من لا يقبل ملكوت الله مثل صبي

Amen dico uobis, quia quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer

لابد خلها

لا يدخلها ✡ فسآء له واحد من الروسآء وقال له ايها

non intrabit in illud. Interrogauit autem illum unus ex principibus. & dixit ei:

المعلم الصّالح ماذا افعل لأرث حياة الأبد قال له يسوع

Magiſter bone quid faciam, ut hęres fiam uitę ęternę? Dixit illi Ieſus.

لماذا تقول لي صالحًا وليس صالحًا الّا الله وحده انت

Quid dicis me bonum, cùm non ſit bonus, niſi Deus ſolus? Tu

تعرف الوصآيا لا تزن لا تقتل لا تسرق لا تشهد بالزور

ſcis mandata. Non mœchaberis, Nõ occides, Non furaberis, Non teſtificaberis falſũ.

اكرم اباك وامك امّا هو فقال هذه كلها قد حفظتها

Honora patrem tuum, & matrem tuam. At ille dixit. Hæc omnia cuſtodiui

من صباي ✡ فلمّا سمع يسوع هذا قال له واحدة تعوزك

à iuuentute mea. Cùm autem audiſſet Ieſus hoc dixit ei, Vnum deeſt tibi:

بع كلما لك واعطه للمسّاكين واقتن لك كنزًا في السمآء

Vende õnia quęcunquę ſunt tibi, & da ea pauperibus, & facias tibi theſaurũ ĩ Cœlo:

وتعال اتبعني ✡ فلمّا سمع ذلك حزن لانه كان غنيًا جدًّا

& ueni, ſequere me. Cùm autem audiſſet hoc, contriſtatus eſt quia erat diues ualdè.

فنظر يسوع حزنه فقال كيف يعسر على الذين لهم

Vidit autem Ieſus triſtitiam ſuam, & dixit, Quàm difficile eſt illis, qui habent

الاموال ان يدخلوا الى ملكوت الله لانه ايسر ان

diuitias intrare in regnum Dei. Nam facilius eſt

يدخل الجمل في ثقب الابرة اكثر من غنّي يدخل

intrare camelum, per foramen acus, multò quàm diuitem intrare

ملكوت الله فقال الذين سمعوا فمن يقدر ان يخلص

regnum Dei. Dixerunt autem qui audierunt, Quis ergo poterit ſaluus fieri?

فقال الذي لا يستطاع عند الناس هو مستطاع عند الله

Dixit autem, Quod non eſt poſſibile apud hominem, illud poſſibile eſt apud Deum.

قال له بطرس هوذا نحن قد تركنا كلّ شيء وتبعناك

Dixit illi Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

✡ قال لهم الحق اقول لكم انه ما من احد يترك منزلًا او

Dixit illis. Amen dico uobis quia nemo eſt, qui relinquet domum, aut

والدين او اخوه او امراةً او اولادًا من اجل ملكوت الله

parentes, aut fratres ſuos, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei

الّا وينال العوض اضعافًا كثيرة في هذا الدهر وفي الاتي

quin recipiat remunerationem multiplicatam plurimùm in hoc ſeculo, & in futuro

حياة الابـــــــــــــــــــــــــد ✡

uitam ęternam.

الفصل السادس والسّتون

Sectio ſexageſima ſexta.

ثم احضر اليه الأثني عشر وقال لهم هوذا نحن صاعدون

Deinde accedere fecit ad ſe duodecim, & ait illis, Ecce nos aſcendentes ſumus

الى يروشليم ويكمل جميع المكتوب في الانبيآء علي ابن

in Ieruſalem, & conſũmabuntur omnia, quę ſcripta ſunt in prophetis de filio

الانسان لانه يسل الى الامم ويهزون به ويشتم ويتفلون

hominis, quia tradetur gentibus, & illudent ei, & opprobrijs afficietur, conſpuent

عليه ويضربونه ويقتلونه ويقوم في اليوم الثالث ✡ فلم

in eum, & flagellabunt eum, & occident eum, & reſurget die tertia. Et non

يفهموا من هذا شيًا وكان هذا الكلام مخفيًا عنهم ولم

intellexerunt de his quicquam, & erat hic ſermo abſconditus ab eis, & non

يكونوا يعلمون ما يقولون ✡ ولمّا قرب من اريحا

intelligebant quæ dicebantur. Et cùm appropinquaſſet Iericho,

كان اعمي جالسًا خارج الطريق يتسول فسمع

Erat cœcus ſedens extra uiam, qui mendicabat. Et audiuit

الجمع المجتاز فسال ما هذا فاخبروه ان يسوع الناصري

turbã prætereũtẽ, & ĩterrogauit quid eſſet hoc, & nũtiauerũt ei quòd Ieſus Nazarenus

جآء فنادي وقال يايسوع ابن داود ارحمني والذين كانوا

ueniſſet. Et clamauit, & dixit, Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et qui acce-

تقدّموا انتهروه ليسكت وهو يزداد صياحًا يا ابن داود

debant increpabant eum, ut taceret. Et ipſe addebat clamorem, Fili Dauid

ارحمني فوقف يسوع وامر ان يقدّم اليه فلمّا قرب منه

miſerere mei. Stetit autẽ Ieſus, & iuſſit, ut accederet ad ſe. Et cũ appropĩquaſſet ad eũ,

سآء له

سآء له قايلًا ماذا تريد ان اصنع بك فقال يارب ان
interrogauit eum dicens, Quid uis ut faciam tibi? Et dixit, Domine, ut
ابصر فقال له يسوع ابصر ايمانك خلصك فابصر
uideam. Et dixit ei Iesus, Vide, fides tua saluum fecit te, & uidit



للوقت وتبعه ممجدًا لله وكان جميع الشعب الذين يروه
confestim, & secutus est illum glorificans Deum. Et omnis plebs qui uidebant eum
يسبحـــــــ

القامة فتقدّم مسرعًا وصعد الي جُميزة لينظر اليه لانه

ſtatura, & præceſſit feſtinans, & aſcendit in ſycomorum, ut uideret illum: quia ipſe

كان مجتازاً بها فلمّا انتهي الي ذلك الموضع نظر اليه

erat tranſiturus inde. Et cùm peruenisſet ad illum locum, reſpexit in illum

يسوع وقال له يازكّا اسرع وانزل فاليوم ينبغي ان اكون

Ieſus, & dixit illi, Zachæe deſcende, hodie namque oportet me eſſe

في بيتك فاسرع ونزل وقبله فرحًا فلمّا ابصر جميعهم

ī domo tua. Et feſtinauit, & deſcēdit, & excepit illū cū gaudio. Et cū uidiſſēt ōnes illi



ذلك تقمقموا وقالوا انه دخل الي بيت رجل خاطي

hoc murmurauerunt, & dixerunt, quia ingreſſus eſſet domum uiri peccatoris,

يستريح فوقف زكّا وقال للربّ هاهوذا انا سيدي اعطي

ut quieſceret. Stetit autem Zachæus, & dixit Domino, Ecce, ego Domine mi do

للمساكين نصف مالي ومن غصبته شيًا اعطيته عوض

pauperibus dimidium bonorum meorum, & illi à quo iniuſtè accepi aliquid, dedi pro

الواحد اربعة اضعاف فقال له يسوع اليوم وجب

uno quadruplum. Dixit autem ei Ieſus, Hodie conuenit

الخلاص

الخلاص لاهل هذا البيت لانه ايضًا ابن ابراهيم ✡
ſalus habitatoribus huius domus, quia & ipſe eſt filius Abrahæ.
لان ابن البشر انّما جآء يطلب ينجى من كان ضالًا ✡
Quia filius hominis uenit quęrere, & ſaluum facere quod perierat.

الفصل الثامن والستون

Sectio ſexageſima octaua.

وفيما هم يسمعون هذا بدا وقال مثلًا لمّا قرب من
Et dùm illi audirent hoc, cæpit & dixit parabolam, cùm appropinquaſſet
يروشليم وكانوا يظنون ان ملكوت الله تظهر سريعًا ✡
Ieruſalem, & exiſtimabant quòd regnum Dei manifeſtaretur confeſtim.
فقال لهم انسان ذوجنس شريف ذهب الى كورة
Dixit autem illis, Homo quidam genere nobilis abiit in regionem
بعيدة ليأخذ الملك لنفسه ويعود ✡ فدعا عشرة عبيد
longinquam ut acciperet regnum ſibi, & rediret, & uocauit decem ſeruos
له واعطاهم عشرة امنا قايلًا لهم اتجروا الى حين موافاتي
ſibi, & dedit illis decem mnas, dicens illis, Negotiamini uſque in aduentum meum.
فاما اهل مدينته فكانوا يبغضونه فارسلوا في اثره قايلين
Ciues autem ſui oderant eum: & miſerunt poſt illum, dicentes,
ما نريد ان يملك هذا علينا فلمّا اخذ الملك ورجع
Nolumus regnare hunc ſuper nos. Et cùm accepiſſet regnum, & reuerſus fuiſſet,
امر ان يدعي له عبيده الذين اعطاهم الفضّة ليعرف ما قد
iuſſit uocari ſeruos ſuos, quibus dedit argentum, ut ſciret quantum
تجروا فجآء الأول وقال ياسيّد مناك قد صار عشرة امنآء
negotiati eſſent. Venit autem primus, & dixit, Mna tua facta eſt in decem mnas.
فقال له جيّدًا ايّها العبد الصّالح القيتك امينا على
Et dixit illi, Euge ſerue bone inueni te fidelem in
القليل يكون لك سلطان على عشر مدن فجآء الثاني وقال
modico, erit tibi poteſtas ſuper decem ciuitates. Et uenit ſecundus & dixit,
ياسيّد ان مناك قد صار خمسة امنآء فقال للآخر وانت
Domine mna tua facta eſt in quinque mnas, & dixit alteri, Et tu

تكون على خمس مدن فجآء الاخر وقال ياسيّد ان منآك

eris ſuper quinque ciuitates. Et uenit alter & dixit, Domine mna tua,

لففته في منديل لاني خفت منك اذ انت انسانٌ قاس

inuolui eam in ſudario quia timui te, cùm ſis homo auſterus:

تاخذ ما لم تدع وتحصد ما لم تزرع وتجمع من حيث لا

tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti, & colligis ubi non

تفرّق فقال له من فمك ادينك ايّها العبد الشرير

diſperſiſti. Dixit autem illi, Ex ore tuo iudico te ò ſerue nequam

الكسلان عرفتني رجلًا قاسيًا اخذ ما لم ادع واحصد ما

inutilis, cognouiſti me eſſe hominem auſterum, tollo quod non poſui, & meto quod

لم ازرع اجمع ما لم ابدر فلم لم تدع فضتي على مايدة وكنت

nõ ſeminaui, colligo quod nõ diſperſi, quare nõ poſuiſti argẽtũ meũ ſuper mẽſã ut cũ

اجي وانقضاها مع ارباحها ثم قال للقيام انزعوا منه

ueniſſem: exegiſſem illud cum lucro ſuo? Deinde dixit aſtantibus, Auferte ab eo

المنآء واعطوه للذي له عشرة امنآء ✡ فقالوا له يارب

mnam, & date illi qui habet decem mnas. Et dixerunt ei, Domine,

عنده عشرة امنآء فقال لهم اقول لكم ان كلّ من له يعطي

habet decem mnas. Dixit autem illis, Dico uobis, quòd unicuique habenti dabitur,

واما الذي ليس له فالذي معه يوخذ منه ✡ فامّا اعداي

At cui non eſt, quod quidem cum eo eſt auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos

اوليك الذين لم يريدوا ان املك عليهم اتوني بهم

illos qui non uoluerunt me regnare ſuper ſe, adducite ad me illos

هاهنا واذبحوهم قدّامي ✡

huc, & interficite illos ante me.

الفصل التاسع والستون

Sectio ſexageſima nona.

فلمّا قال هذا مضي صاعدًا الى يروشليم وكان لمّا قرب

Et cùm dixiſſet hoc abiit aſcendens Ieruſalem. Et factum eſt cùm appropinquaſſet

من بيت فاجي ومن بيت عنيا عند الجبل الذي يدعي

ad Beth-phage, & Beth-aniam, ad montem qui uocatur

جبل

جبل الزيتون ارسل اثنين من تلاميذه وقال امضيا

mons oliuarum, miſit duos ex diſcipulis ſuis, & dixit, Ite

الي القرية التي امامكما تجدا جحشاً مربوطاً لم يركبه

in caſtellum quod contra uos eſt, inuenietis pullum alligatum, non aſcendit ſuper illũ

انسان قط فحلّاه واتيابه فان قال لكما احد لم تحلانه

homo ũquã: ſoluite illũ, & adducite illũ Et ſi dixerit uobis aliquis, Quare ſoluitis eũ?

فقولا له هكذا ان الربّ يحتاج اليه ✡ ولمّا ذهب

dicite ei ſic, Quia Dominus opus habet illo. Et cùm abiiſſent

المرسلان وجدا كما قال لهما وفيما هما يحلّان الجحش قال

qui miſſi fuerant, inuenerunt, ſicut dixerat eis: Et dũ ipſi ſoluerent pullum, dixerunt

لهما اربابه لم تحلّان الجحش فقالا لهم ان الربّ يحتاج اليه

eis domini illius, Quare ſoluitis pullũ? Dixerũt autẽ illis, Quia Dñus opus habet illo.



واتيا به الي يسوع والقوا ثيابهم على الجحش وركّبوا يسوع

Et duxerũt illũ ad Ieſũ, & iactauerũt ueſtimẽta ſua ſuper pullũ, & aſcẽdere fecerũt Ieſũ

عليه وفيما هم يسيرون بسطوا ثيابهم في الطريق ✡

ſuper illum. Et dùm ipſi ambularent ſubſternebant ueſtimenta ſua in uia.

ولمّا قرب من منحدر جبل الزيتون بدأ جميع الملآء
Et cùm appropinquaſſet ad radicem montis oliuarum cęperunt omnes multitudines
والتلاميذ يفرحون ويسبّحون الله بصوت عظيم من
& diſcipuli gaudere, & laudare Deum uoce magna
اجل جميع القوات التي نظروا قايلين مبارك الملك
propter omnes uirtutes quas uiderunt, dicentes, Benedictus Rex
الاتي باسم الربّ والسلامة في السمآء والمجد في العلآء ✡
qui uenit in nomine Domini, & pax in cœlo: & gloria in excelſis.
وان قومًا من الفريسيين من بين الجموع قالوا له يامعلم
Et quidam ex Phariſęis de medio turbarum dixerunt ei, Magiſter
انتهر تلاميذك اجاب وقال لهم اقول لكم ان سكت
increpa diſcipulos tuos. Reſpondit, & dixit illis, Dico uobis, Si tacuerint
هولآء نطقت الحجارة ✡ فلمّا قرب ونظر المدينة بكا عليها
iſti loquentur lapides. cùm autem appropinquaſſet, & uidiſſet ciuitatē fleuit ſuper illā,
وقال لو علمت وانت وفي هذا اليوم مالك فيه من
& dixit, Si cognouiſſes, & tu, & in hac die quantum eſt tibi in ea
السلامة فامّا الان فانه قد خفي عن عينيك وسوف
pacis, Veruntamen nunc abſconditum eſt ab oculis tuis. Profectò
تاتي ايام تلقي اعداوك معالمك ويحيط بك فيها
uenient dies, proiicient inimici tui uexilla tua. & circundabunt te in illis
اعداوك ويحاصرونك من كلّ ناحية ويقلبونك
inimici tui, & coanguſtabunt te undique, & ſuperuertent te,
وبنوك فيك ✡ ولا يتركون فيك حجرًا على حجر لانك
& filios tuos qui in te ſunt. Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo quòd
لم تعلمي زمان افتقادك ✡ ولمّا دخل الى الهيكل بدا
non cognouiſti tempus uiſitationis tuæ. Et cùm ingreſſus eſſet in templum cæpit
يخرج الذين يبيعون ويشترون فيه فقال لهم مكتوب
eiicere illos qui uendebant & emebant in eo, & dixit illis, Scriptum eſt
ان بيتي هو بيت الصّلاة وانتم جعلتموه مغارة للصّوص ✡
Quia domus mea eſt domus orationis, uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronibus.

وكان كلّ يوم يعلّم في الهيكل واما روسآء الكهنة والكتبة

Et quotidie docebat in templo. Principes autem ſacerdotum, & ſcribę

ويقدّموا الشعب فكانوا يطلبون هلاكه فلم يجدوا ما

& principes plebis quęrebant perditionem eius, & non inuenerunt quid



يصنعون لان جميع الشعب كان متعلقا به يسمع منه ۞

facerent, quia omnis populus ſuſpenſus erat ad illum, audiebat illum.

الفصل السّبعون

Sectio ſeptuageſima.

وكان في احد الايام يعلّم الشعب في الهيكل ويبشّر

Et in una dierum docebat populum in templo, & euangelizabat,

فوقف روسآء الكهنة والكتبة والشيوخ وقالوا له قل لنا

& conuenerunt principes ſacerdotum & ſcribę, & ſeniores, & dixerunt ei, Dic nobis

باي سلطان تفعل هذا ومن اعطاك هذا السّلطان

in qua poteſtate facis hoc, quis dedit tibi hanc poteſtatem?

اجاب وقال لهم انا اسئلكم عن كلمة واحدة قولوا لي

Reſpondit & dixit illis. Ego interrogabo uos uerbum unum. Dicite mihi

معمودية يوحنّا كانت من السمآء او من الناس امّا هم

Baptiſmus Iohannis erat de cœlo, an ex hominibus? At illi

ففكّروا في قلوبهم وقالوا ان قلنا من السمآء يقول

cogitauerunt in cordibus ſuis, & dixerunt, Si dixerimus, De cœlo, dicet

لنا فلم لم تومنوا به وان قلنا من الناس فان جميع الشعب

nobis, Quare ergo non credidiſtis illi? Et ſi dixerimus, ex hominibus, Omnis plebs

يرجمنا لانهم قد تيقنوا ان يوحنّا هو نبي فقالوا ما نعلم

lapidabit nos: qa ipſi certi ſũt quòd Iohãnes Baptiſta ſit propheta. Et dixerũt, Non ſci-

من اين هي فقال لهم يسوع ولا انا اقول لكم باي سلطان

mus unde ſit. Dixit autem illis Ieſus, neque ego dicam uobis in qua poteſtate

افعل هذا ✿

facio hoc.

الفصل الحادي والسبعون

Sectio ſeptuageſima prima.

وبدا يقول للشعب هذا المثل انسان غرس كرمًا ودفعه

Et cæpit dicere ad plebem hanc parabolam. Homo plantauit uineam, & dedit illam

الي عمّالين وسافر زمانًا كثيرًا وفي الزمان ارسل عبدًا

operariis, & peregrè profectus eſt tempore plurimo. Et in tempore miſit ſeruum

الى العمالين ليعطوه من ثمار الكرم فضربه الكرّامون

ad operarios, ut darent illi de fructibus uineæ. Et uerberauerunt illum coloni,

وارسلوه فارغًا فعاد ايضًا وارسل عبدًا اخر فضربوه

& dimiſerunt illum inanem, & iterum miſit ſeruum alium, & uerberauerunt illum,

وشتموه وارسلوه فارغًا فعاد ايضًا وارسل ثالثًا فجرّحوا

& cõtumeliis affecerũt illũ, & miſerũt illũ inanẽ. Et adhuc etiã miſit tertiũ, & uulnera

هذا الاخر واخرجوه فقال ربّ الكرم ما اصنع ارسل

rũt hunc alium, & eiecerunt illum. Dixit autẽ dominus uineæ, Quid faciam? mittam

ابني الحبيب فلعلّهم اذا رآوه يستحيون منه فلمّا رآه

filiũ meũ dilectũ, forſitã ipſi quãdo uiderit illũ uerebuntur illũ. Cũ autẽ uidiſſent illũ

الكرّامون تشاوروا بينهم وقالوا هذا هو الوارث تعالوا

coloni, conſuluerunt intra ſe, & dixerunt, Hic eſt hęres, uenite,

نقتله

نقتله ويصير لنا ميراثه فاخرجوه خارج الكرم وقتلوه
occidamus eũ, & fiet nobis hęreditas illius, & eiecerũt illũ extra uĩeã, & occiderũt illũ.
فماذا يصنع بهم ربّ الكرم اليس ياتي ويهلك اوليك
Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Nonne ueniet & perdet illos
الكرّامين ويدفع الكرم الي اخرين فلمّا سمعوا قالوا لا
colonos, & dabit uineam aliis? Cùm autem audiuiſſent, dixerunt, Non
يكون هذا فنظر اليهم وقال امّا هذا هو المكتوب ان
ſit hoc. Aſpexit autem illos, & dixit, At hoc eſt quod ſcriptum eſt, quòd
الحجر الذي رذله البناؤون هذا صار راس الزاوية كلّ
lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt caput anguli. Omnis
من يسقط علي ذلك الحجر يترضض وكلّ من يسقط عليه
qui ceciderit ſuper illum lapidem conquaſſabitur, & omnem ſuper quem ceciderit
يكسره ✡ فطلب روساء الكهنة والكتبة ان يضعوا ايديهم
franget illum. Et quæſiuerunt Principes Sacerdotum, & Scribæ ponere manus ſuas
عليه في تلك الساعة فخافوا من الشعب لانهم علموا ان
ſuper illum in illa hora, & timuerunt populum, cognouerant enim quia
من اجلهم قال هذا المثل ✡ فرصدوه وارسلوا اليه
ad ipſos dixerat hanc ſimilitudinem. Et obſeruauerunt eum, & miſerunt ad eum
جواسيس متشبهين بالصدّيقين ليصيدوه بكلمة
exploratores, qui ſimiles ſe faciebant iuſtis, ut uenarentur eum in uerbo,
ويسلموه الى الروساء وسلطنة الوالي فسالوه قايلين يا معلّم
& traderent eum principibus, & poteſtati Preſidis, & ĩterrogauerũt eũ dicẽtes, Magr̃,
قد علمنا انك بالصواب تنطق وتعلّم ولا تاخذ بالوجوه
ſcimus quia rectè loqueris, & doces, & non accipis facies,
بل بالحقّ تعلّم طريق الله ايجوز ان نودي الجزية
ſed in ueritate doces uiam Dei, licet ne reddere tributum
لقيصر ام لا فلمّا علم مكرهم قال لهم لم تجربونني اروني دينارًا
Cęſari an nõ. Cũ autẽ cognouiſſet dolũ illorũ, dixit illis, Quid tẽtatis me? oſtẽdite mi-
فاروه فقال لمن هذا الصورة والكتابة فقالوا لقيصر
hi denariũ, & oſtẽderũt illũ. Et dixit, Cuius eſt hæc imago & ĩſcriptio? Et dixerũt, Cę

فقال لهم اعطوا ما لقيصر لقيصر وما لله لله ولم يقدروا

saris. Et dixit illis, Date quod eſt Cęſaris Cęſari, & quod eſt Dei Deo, & nõ potuerũt

ياخذون عليه كلمة امام الشعب فتعجبوا من جوابه

accipere contra illum uerbum coram populo: & mirati ſunt de reſponſo eius,

وسكتـــ

& tacuerunt.

الفصل الثاني والسبعون

Sectio ſeptuageſima ſecunda.

وجآء اليه قوم من الزنادقة الذين يقولون ليس

Et uenerunt ad eum quidam ex Sadducæis, qui dicunt non eſſe

قيامة وسألوه وقالوا له يامعلّم موسي كتب لنا ان مات

reſurrectionẽ, & ĩterrogauerũt illũ, & dixerũt illi, Magr̃, Moyſes ſcripſit nobis, ſi mor

اخو انسان وله امرأة وليس للميت ولدًا فليأخذ اخوه

tuus fuerit frater alicuius, & ei fuiſſet mulier, & nõ fuiſſet mortuo filius, accipiat frater

المرأة ويقيم زرعًا لاخيه وكان عندنا سبعة اخوة تزوج

eius uxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres, duxit

الاول امرةً ومات بغير ولد والثاني تزوج بها ومات بغير

primus uxorem, & mortuus eſt ſine filio. Et ſecundus duxit illam, & mortuus eſt ſine

ولد والثالث اخذها مثلهما وكذلك الي السابع ولم

filio, & tertius accepit illam ueluti & illi, & ſic uſque ad ſeptimum, & non

يتركوا ولدًا وماتوا وفي اخر الكلّ ماتت المرأة ففي القيامة

reliquerũt filiũ & mortui ſũt. Nouiſſimè autẽ õniũ mortua eſt mulier. In reſurrectiõe

لمن منهم تكون امرأة لان السّبعة قد تزوجوها فقال

ergo cuius eorum erit mulier? ſiquidem ſeptem duxerunt eam. Dixit autem

لهم يسوع امّا بنوا هذا الدهر فيتزوجون ويزوجون فامّا

illis Ieſus, Filii enim huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias, At

اوليك الذين استحقوا ذلك الدهر والقيامة من

illi qui digni ſunt illo ſeculo & reſurrectione

الأموات لا يتزوجون ولا يزوجون لانهم لا يموتون بل

mortuorum, non nubunt, neque traduntur ad nuptias, quia illi non moriuntur, ſed

يصيرون

يصيرون مثل الملايكة ويصيرون بني الله وبني القيامة
fiunt uelut angeli, & fiunt filij Dei, cùm filij ſint reſurretionis.
فامّا ان الموتي يقومون فقد انبي بذلك موسي في العليقة
Verùm quòd mortui reſurgant prophetauit illud Moyſes in rubo,
كما قال الربّ انا اله ابراهيم واله اسحق واله يعقوب ليس
ſicut dixit Dominus, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, non
اله الموتي بل الاحيآء لان جميعهم احيآء له فاجاب قوم
Deus mortuorum ſed uiuorum, quia omnes uiuunt ei. Reſponderunt autem quidam
من الكتبة وقالوا يا معلّم حسنًا قلت ولم يستجروا ان
ex ſcribis & dixerunt, Magiſter, bene dixiſti. & non auſi ſunt
يسالوه عن شيء ✡
interrogare illum de aliquo.

الفصل الثالث والسبعون

Sectio ſeptuageſima tertia.

فقال لهم كيف يقال ان المسيح ابن داود هو وداود
Dixit autem illis, Quomodo dicitur quòd Chriſtus filius Dauid eſt, cùm Dauid
يقول في كتاب المزامير قال الربّ لربّي اجلس عن يميني
dicat in libro pſalmorum. Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis
حتّي اضع اعداك تحت قدميك فداود يسميه ربّه
donec ponam inimicos tuos ſub pedibus tuis? Dauid ergo uocat illum Dominũ ſuum:
كيف هو ابنه ✡ وكان جميع الشعب يسمع وقال
quomodo eſt filius eius? Et omnis populus audiebat, & dixit
لتلاميذه احذروا الكتبة الذين يحبون ان يمشوا
diſcipulis ſuis, Attendite à Scribis qui amant ambulare
بالحلل ويحبون السّلم في الاسواق وصدور المجالس
in ſtolis, & amant ſalutationem in foris, & principales cathedras
في الجموع واول المتكآت في الولايم ✡ الذين ياكلون
in Synagogis, & primos diſcubitus in conuiuiis. Qui comedunt
بيوت الارامل بتطويل صلواتهم فهولاي ياخذون
domos uiduarum in prolixitate orationis. ſuę Hi accipient

اعظم دينونة ✡

maiorem damnationem.

الفصل الرابع والسبعون

Sectio ſeptuageſima quarta.

ونظر الى اغنيا يلقون قرابينهم في الخزانة ورأي
Et reſpexit in diuites, qui mittebant munera ſua in gazophilatium, & uidit
ارملة مسكينة قد القت هناك فلسين فقال الحقّ
uiduam pauperem quæ miſerat ibi minuta duo. Et dixit. Amen
اقول لكم ان هذه المسكينة الارملة القت اكثر من جميعهم
dico uobis, quia hæc pauper uidua miſit pluſ quàm omnes illi:
لان هولآء كلّهم القوا قرابينهم لله مما يفضل عنهم وهذه
Nam illi omnes miſerunt munera ſua Deo ex eo quod abundat illis, hæc autem
القت مع اعوازها كلّما لها وكلّ حياتها ✡ وفيما اناس
miſit cum inopia ſua quodcunque erat ei, & omnem uitam ſuam. Et dum quidam



يقولون عن الهيكل انه مزين بالحجارة الحسان وبمرصعات
dicerent de templo quòd eſſet ornatum lapidibus bonis, & elaboratis
قال هذا

قال هذا الذين ترون سوف تاتي ايام لا يترك فيه حجر
dixit, Hæc quæ uidetis, uenient dies quibus non relinquetur lapis
على حجر هاهنا الّا هُدم ۞
ſuper lapidem hìc quin deſtruatur.

الفصل الخامس والسبعون

Sectio ſeptuageſima quinta.

فسالوه وقالوا له يامعلّم متي يكون هذا وما العلامة اذا
Interrogauerũt autẽ illũ, & dixerũt ei, Præceptor quando erũt hęc, & quod ſignũ qñ
قربت هذه الامور ان تكون فقال لهم انظروا لا تضلّوا
appropinquabunt hæ res, ut ſint. Et dixit illis, Videte, ne ſeducamini,
فان كثيرين ياتون باسمي قايلين اني انا هو والزمان
multi enim uenient in nomine meo, dicentes, Quia ego ſum: & tempus
قد قرب فلا تتبعوهم فاذا سمعتم بالحروب والفتن فلا
appropinquauit: ne ergo ſequamini illos. Cùm autẽ audieritis prælia, & ſeditiones, nè
تجزعوا فان هذا مزمع ان يكون اولاً ولكن لم يات
terreamini, quia hoc futurum eſt ut ſit primùm, ſed nondum uenit
الانقضآء حينيذ قال لهم تقوم امة على امّة ومملكة على
finis. Tunc dixit illis, ſurget gens contra gentem, & regnum aduerſus
مملكة وتكون زلازل عظيمة في مواضع ويكون جوع
regnum, & erunt terræmotus magni in locis, & erit fames
ووبآء ومخاوف وعلامات عظيمة من السمآء ۞
& peſtis, & terrores, & ſigna magna de cœlo.

الفصل السادس والسبعون

Sectio ſeptuageſima ſexta.

وقبل هذا كلّه يضعون ايديهم عليكم ويطردونكم
Et ante hæc omnia ponent manus ſuas in uos: & perſequentur uos,
ويسلمونكم الى المجامع والسجون ويقدّمونكم الى الولاة
& tradent uos in Synagogas & cuſtodias, & afferent uos ad Præſides
والملوك من اجل اسمي ويسوقونكم الى الشهادة ۞
& Reges propter nomen meum, & conducent uos in teſtimonium.

فضعوا في قلوبكم الّا تبدوا فتتعلموا ما تحتجون به فاني
Ponite ergo in cordibus ueſtris, ne incipiatis addiſcere id quo indigeatis. Ego enim
معطيكم فمًا وحكمة لا يقدر الذين يناصبونكم على
dabo uobis os, & ſapientiam: non poterunt qui ſe opponunt uobis ſuper
مقاومتها ولا الجواب عنها وسوف تسلمون من الاباء
contradictionem eorum, & reſponſiones ad ea, & tandem trademini à parentibus
والاخوة والاقارب والاحبآء ويقتل منكم وتكونون
& fratribus, & cognatis, & amicis: & occident ex uobis, & eritis
مبغوضين من كلّ احد من اجل اسمي وشعرة من
odioſi omnibus propter nomen meum, & capillus de
رؤوسكم لا تهلك وبصبركم تقتنون نفوسكم ✡ اذا رأيتم
capitibus ueſtris nō peribit. Et cū patiētia ueſtra poſſidebitis animas uras. Cū uideritis
يا روشليم قد احاط بها الجنود فاعلموا انه قد دنا خرابها
Ieruſalem quam circumdauerit exercitus, ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.
✡ وحينيذ الذين في اليهودية يهربون الى الجبال
Et tunc qui ſunt in Iudæa fugient in montes:
الذين في وسطها يفرون خارجًا والذين في الكور
qui in medio eius diſcedent foras: & qui in regionibus
لا يدخلونها لان هذه هي ايام الانتقام لكي يتم كلّما هو
non ingredientur eam, quia hi ſunt dies ultionis ut impleatur quodcumque eſt
مكتوب ✡ الويل للحبالي والمرضعات في تلك الايام ✡
ſcriptum. Vę prægnantibus, & lactantibus in illis diebus.
لانه يكون على الارض ضرّ وشدة عظيمة وسخط على هذا
Quia erit ſuper terram nocumentum & præſſura magna, & ira contra hunc
الشعب ✡ ويقعون في فم السّيف ويسبون الى كلّ
populum. Et cadent in ore gladii: & captiui ducentur in omnes
الامم وتكون يروشليم موطيًا من الامم حتى يكمل الزمان
gentes. Et erit Ieruſalem calcata à gentibus: donec impleatur tempus,
ويكون زمان الامم ✡ وتكون علامات في الشمس
& ſit tempus gentium. Et erunt ſigna in Sole
والقمر

والقمر والنجوم ويكون على الارض ضيق للامم بغتة
& Luna & ſtellis: & erit ſuper terram anguſtia gentibus ſubito
من صوت البحر والزلازل وتخرج نفوس اناس منهم من
præ uoce maris, & terræmotus, & egredientur animæ hominum ab eis præ
الخوف وانتظار ما ياتي على المسكونة لان قوّات السماء
timore & expectatione eius quod ueniet ſuper orbem, quia uirtutes cœli
تضطرب ۞ وحينيذ ينظرون ابن الانسان اتيًا في
conturbabuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in
السحابة مع قوات ومجد عظيم فاذا بدأت هذه تكون
nube cum uirtute & gloria magna. Cùm autem incipient hæc fieri,
انظروا الى فوق وارفعوا رؤوسكم فان خلاصكم قد دنا
reſpicite ſurſum, & eleuate capita ueſtra quoniam redemptio ueſtra appropinquauit.
وقال لهم مثلًا انظروا الى شجرة التين والى كلّ الاشجار
Et dixit illis ſimilitudinem. Videte arborem fici, & omnes arbores:
اذا اينعت علمتم منها ان الصيف قد دنا كذلك انتم
cùm fructificant, ſciuiſtis ex eis quòd æſtas appropinquauit. Ita uos
ايضًا اذا رأيتم هذا كلّه كائنًا اعلموا ان ملكوت الله
etiam cùm uideritis hæc omnia facta, ſcitote quoniam regnum Dei
قد اقتربت الحق اقول لكم ان هذا الجيل لا يزول حتى
appropinquauit. Amen dico uobis Quia hæc generatio non præteribit donec
يكون هذا كلّه والسماء والارض يزولان وكلامي
fiant hæc omnia. Et cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea
لا يزول ۞

non tranſibunt.

الفصل السابع والسبعون

Sectio ſeptuageſima ſeptima.

انظروا ليلًا تثقل قلوبكم من الشبع والسكر والهموم
Attendite ne grauentur corda ueſtra ſatietate & ebrietate, & ſollicitudine
بامور العالم فيقبل عليكم ذلك اليوم بغتة مثل الفخّ
rerum mundi: & ſuperueniat in uos illa dies repente, tanquam laqueus

علي كلّ الجلوس علي وجه الارض كلّها اسهروا في كلّ
in omnes ſedentes ſuper faciem terræ uniuerſæ. Vigilate omni
حين وتضرعوا لكي تقووا علي الهرب من هذه الامور
tempore & orate ut corroboremini in fuga harum rerum,
الكاينة كلها وتقفوا قدام ابن الانسان وكان في النهار
quæ futuræ ſunt omnes, & ſtate ante filium hominis. Et in die
يعلّم في الهيكل ويخرج في الليل يبيت في الجبل الذي
docebat in templo, & exibat in nocte & habitabat in monte qui
يدعي جبل الزيتون وكان جميع الشعب يدلجون اليه
uocatur mons oliuarum, & omnis populus manicabat ad eum
ليسمعوا منـــــــ

فقالا له اين تريد ان نعد فقال لهما اذا دخلتما الى

Et dixerunt ei, Vbi uis ut paremus. Et dixit illis, Cùm intraueritis in

المدينة فسيلقاكما رجل حامل جرة ماء اتبعاه الي البيت

ciuitatem occurret uobis homo portãs amphorã aquę: ſequimini eum uſque in domũ

الذي يدخل فيه فقولا لربّ البيت ان المعلّم يقول لك

in quam intrat, & dicite domino domus, Quia magiſter dicit tibi,

اين موضع راحتي الذي اكل فيه الفصح مع تلاميذي

Vbi eſt locus refectionis meę, ubi manducem Paſcha cum diſcipulis meis?

وذاك يريكما عُلية عظيمةً مفروشة فاعدّا لنا هناك

Et ille oſtendet uobis cœnaculum magnum ſtratum, & parate nobis ibi.

فانطلقا ووجدا كما قال لهما واعدا الفصح فلمّا كانت

Et abierunt, & inuenerunt ſicut dixit eis, & parauerunt Paſcha. Et cùm facta eſſet



الساعة اتكاء ومعه الاثنا عشر الرسل ✡ فقال لهم شهوة

hora diſcubuit & cum eo duodecim Apoſtoli. Et dixit illis, Deſiderio

اشتهيت ان اكل معكم الفصح قبل المي ✡ فاني اقول لكم

deſideraui manducare uobiſcum Paſcha ante paſſionem meam. Dico enim uobis

انّي ايضًا لا أكل منه حتى يكمل في ملكوت الله ثم تناول

quia amplius non manducabo ex eo donec impleatur in regno Dei. Deinde accepit

كاسًا وشكر وقال خذوا هذا واقسموا عليكم لاني اقول

calicem, & gratias egit, & dixit, Accipite hunc, & diuidite inter uos, Dico enim

لكم انني لا اشرب من هذا الكرمة حتى تاتي ملكوت الله ✡

uobis quòd non bibam de hac uite, donec ueniat regnum Dei.

ثم اخذ خبزًا فشكر وكسر واعطاهم وقال هذا هو جسدي

Deīde accepit panē, & gratias egit, & fregit, & dedit eis, & dixit, Hoc eſt corpus meū,

الذي يبذل عنكم تكون تصنعون هذا الذكري ✡

quod commutatur pro uobis, facietis hoc in commemorationem meam.

وكذلك الكاس من بعد العشآء قال هذه الكاس هي

Et ſimiliter calicem poſt cœnam. dixit. Hic calix eſt

الميثاق الجديد بدمي الذي يسفك من اجلكم ✡

teſtamentum in ſanguine meo qui effundetur pro uobis.

وهوذا يد الذي يسلمني علي المايدة معي وابن الانسان

Et ecce manus eius qui tradet me eſt in menſa mecum. Et filius hominis

ماض كما هو مزمع ولكن الويل لذلك الانسان الذي

abiens eſt, quemadmodum eſt futurum: Veruntamen uæ illi homini, qui

يسلمه ✡ فبدوا يتسايلون بينهم من تري منهم يفعل هذا

tradet eum. Et cęperunt quęrere inter ſe quis uideretur ex eis qui faceret hoc.

الفصل التاسع والسبعون

Sectio ſeptuageſima nona.

وكانت مشاجرة بينهم من منهم الاكبر فقال لهم ان

Et facta eſt contentio inter eos. quis eorum eſſet maior. Dixit autem eis,

ملوك الامم هم ساداتهم والمسلطون عليهم يدعون

Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos uocantur

المحسنين اليهم فامّا انتم فليس كذلك لكن الكبير

benefici eorum. At uos non ſic, ſed maior

منكم يكون كالصغير والمقدّم كالخادم ✡ من اكبر

ex uobis fiat ſicut minimus: & pręceſſor ſicut miniſtrator. Quis eſt maior

المتكي

المتكي ام الذي يخدم اليس المتكي فامّا انا في وسطكم فمثل
recumbens, an qui miniſtrat? non ne recumbens? Ego autẽ ſum ĩ medio ueſtrum ſicut
الخادم وانتم الذين صبرتم معي في تجاربي وانا اعدّ لكم
miniſter: Vos autẽ qui permanſiſtis mecũ ĩ tentationibus meis. Et ego diſpono uobis
كما وعدني ابي الملكوت لتاكلوا وتشربوا على مايدتي في
ſicut tradidit mihi pater meus regnum: ut comedatis & bibatis ſuper menſã meam in
ملكوتي ✡ وتجلسون على كراسي وتدينوا اثني عشر
regno meo & ſedeatis ſuper thronos, & iudicetis duodecim
سبط اسرايـــــــــــــــــــــــــــل ✡
tribus Iſrael.

الفصل الثمنون

Sectio octuageſima.

ثم قال الربّ سمعان سمعان هوذا الشيطان يسـأل ان
Deinde dixit Dominus, Simon Simon ecce ſatanas quęrit
يغربلكم مثل الحنطة وانا طلبت من اجلك ليلا ينقص
cribrare uos ſicut triticum: ego autem rogaui pro te ne deficiat
ايمانك وانت ايضًا فارجع وثبّت اخوتك ✡ فقال
fides tua: & tu quoque conuertere & confirma fratres tuos. Et dixit
يارب انا مستعدان امضي معك الى السجن والموت ✡
Domine ego paratus ſum ire tecum in carcerem & in mortem.
فقال له اقول لك يابترا انه لا يصيح الديك اليوم حتى
Dixit autem illi, Dico tibi Petre, quòd non cantabit gallus hodie donec
تنكرني ثلث مرّات انك لاتعرفني ✡ ثم قال لهم لمّا
abneges me ter, quia non cognoſcis me. Deinde dixit illis, Quando
ارسلتكم بغير كيس ولا هميان ولا حذآء هل اعوزتم شيًا
miſi uos ſine ſacculo & ſine pera & ſine calceamentis, nunquid defuit uobis aliquid?
فقالوا ولا شي قال لهم بل الان كلّ من له كيس يكن
Dixerunt autem, Nihil quidem. Dixit eis, Sed nunc cuicumque eſt ſacculus, ſit
معهُ وكذلك ايضًا من له هميان ومن ليس له سيف
cum eo, & ſimiliter etiam cui eſt pera: & cui non eſt gladius

فليبع ثوبه وليشتر سيفًا ✡ اقول لكم ان المكتوب سوف

uendat tunicam ſuam & emat gladium. Dico uobis Quoniam quod ſcriptum eſt

يكمل فيّ انني احصي مع الاثمة لان الذي كتب لاجلي

implebitur in me, Quia deputatus ſum cum iniquis, Quoniã ei quod ſcriptũ eſt de me

له كمال ✡ فقالوا يارب هاهوذا هاهنا سيفان فقال لهم

finis eſt. Dixerunt autem, Domine ecce hic duo gladij. Dixit autem illis,

يكفيان ✡ ثم خرج كالعادة ومضي الى جبل الزيتون

ſufficiunt. Deinde exiit ſecundum conſuetudinem, & abiit in montem oliuarum,

وتبعه ايضًا تلاميذه ✡ فلمّا انتهي الي المكان قال لهم

& ſecuti ſunt eum etiam diſcipuli ſui. Cum autem peruenisſet ad locum dixit illis,

